





*exercitatio  
1563, 1  
564  
9*

EXERCITATIONEM ACADEMICAM  
DE  
**NVMMORVM ET RERV M**  
**PRETIO LEGALI**

AVCTORITATE  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
PRAESIDIO

D. ALBERTI PHILIPPI FRICKII

IVR. PROFESS. PVBL. EXTRAORD. COLLEGII ICTORVM  
ADSESS. ORDIN.

COGNATI PERQVAM COLENDI  
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI

SUBMITTIT

A V C T O R

SIGISMUND. CHRISTOPH. HARTTMANN  
IVVAVIENSIS. IVR. CAND.

AD DIEM VII. FEBR. 1563CCLXIII. H. L. Q. C.

HELMSTADII  
STANNO DRIMBORNIANO.

EX LIBRIS ACAD. IMP. PETROPOLITANAE  
20  
DAMONIUS TERRA  
ACADEMIA PETROPOLITANA  
ILLUSTRIA EQUITUM DEDICATA  
PARADISO  
ALBERTI PHILIPHI ERICII  
CONSTITUTA PETROPOLITANA  
TURKICO SUECICO  
GREGORII PARVULI  
BOSTONIENSIS  
GREGORII PARVULI  
H. 1665  
LIBRARIUS  
GREGORII PARVULI

EXERCITATIO ACADEMICA  
DE  
NVMMORVM ET RERVM PRETIO  
LEGALI.

PROOEMIVM.

**Q**uam vicissitudinem amoris ludo inesse, deprehendebat TERENTIVS a), *Bellum Pax rursum*: ea integros populos et regna versat, prouinciarumque fata veluti quadam sua lance dispensat. Videlicet alternis vicibus quasi in orbem redire solet *Belli Pacisque* tempus, et, ut eo accuratius recurrat, alterum alteri mutuam openi ministrat. *Bello* decertamus, ut maturemus pacem; imo, sicuti maris coelique temperiem turbines tempestatesque commendant; ita etiam ad augendam pacis gratiam tumultus ut praecedant, opus esse videtur b). *Pacis* autem tempore vires et comeatus paramus, ut futura bella eo melius sustineri queant, ac, sicuti illi, qui suae valetudinis curam paulo diligentiores habent, contenti non sunt, tegere et ornare corpus, munire etiam volent, ne coeli iniuria noccat, quin et parata ad manum atque in promtu habere remedia solent, vnde, si languorem morbumue contraxerint, mature petant auxilium: ita etiam qui

a) EVN. A. I. Sc. I. v. 16.

b) Ita PLINIVS pacem TRAIANI aeuo florentem laudatu-

rus, laudis materiam earpit ex ipfis, quae praecesserant, turbis. vid. Paneg. Cap. V. n. 8.

A

## EXERCITATIO ACADEMICA

praesunt publico, et ciuibus suis recte volunt consulere, in media pace praesidia et instrumenta bellorum parant, et rem pessimi ominis iudicant, tum demum cogere militem, parare arma, gerendique belli rationes iniire, quum signis infestis incedat hostis, et iam ante portas Annibal sit. Haec vicissitudo, dum saecula et homines fuerunt, imperia et regna agitauit. Agitauit etiam, imo et nunc agitat hanc, quam incolimus, Germaniam adeo, vt illam saeculi partem mox olea ornet, mox vero alteram praelia funestent. Et quam vellemus, vt ne aetas nostra cecidisset in ea tempora, quibus tot expugnatas captasque vrbes, et inundantes caede ac sanguine er late aggestos fratr�� cadaueribus campos intueri licuit. At sic experientia edocti iam scimus, quod veluti morbi, quum incubuerint, omnem corporis statum turbant atque debilitant, vigorem adimunt membris, decerpunt florem, hominem adeo, formosissimum animal, larvam reddunt ac vmbram, non raro plane perimunt ac tollunt: ita etiam bellorum tetra pestis, quum semel inuadere rempublicam aliquam, validissimam licet, cooperit, eam breui laceret, quidquid boni succi et sanguinis adest, depascat, deterat, exauriat, saepe et ipsam euertat. Tantum abesse iam conspicis, vt parentes in diu iustiniiani effato c), quod scilicet, qui pro republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam vivere intelligantur, acquiescant, vt illi potius liberos, liberi genitores, vxor thori locum, sponsum sponsa, belli furore erectos acerbissimis prosequantur lacrymis. Hosce iamiam reduces quidem factos, at viribus debilitatos, aut corpore mutilatos cum suis necessariis miseram vitae conditionem aegre ferre vides; iam etiam hos, id miserrimum esse, vociferari audis, quod in tanta rerum penuria emendi, pascendique suis sudoribus, suo propemodum labore essent, qui ultima seruitutis

c) pr. Inß. de Exs. tutorum.

DE NUMMORVM ET RERV M PRETIO LEGALI. III

imponerent: iam vero et illos, quandoque etiam eruditos, quibus illud praeprimis placet

Vnde babeas, querit nemo, sed oportet habere, incusare fatum, vides, quod non ea aetate vixerint, de qua canebat OVIDIVS d),

Aera dabant olim: melius nunc omen in auro est;

Vixaque concessit prisca moneta nouae.

Omnis certe, dum commercia velut turbine quadam disiecta iacent; dum auri et argenti nimium aucta aestimatione, et corrupta nummorum bonitate annonae caritas crescit; dum quiuis bonorum exoptat, ut et vel tandem veniat illa rerum mutatio, quam promisit DEVS e) dicens afferam aurum, et pro ferro afferam argentum; exclamat cum poeta

Claudite nunc fratres Iani templum: sat Arua biberunt Sanguinis.

Inter has vero, ob fidum illum belli comitem, pura, ob annonae caritatem, penuriam rerum, et nummos depravatos, calamites et gemitus quum animus fere omnium angatur moerore; quid praeter suspiria ad DEV M re-creationis nobis datur, nisi hoc vnicum, ut in irrequietis Mineruae castris gnauiter mereamus, et cum musis nos delectemus? Evidem tristia inter communis patriae facta in musis leuamen tristitiae quae situm sensi, eoque nomine operam dedi huic DE NUMMORVM ET RERV M PRETIO LEGALI lucubrationi, quam nec infructuosam, nec ab hoc tempore, nec instituto meo alienam esse reor. At quum non sim nescius, in eodem argumento verfacta iam esse aliorum ingenia, paucaque, si librorum titulos modo et capita inspicias, superesse videri ab iis aut de- relicta, aut praeterita: non dubito, fore, qui multorum reprehensiones incurram, et post HOMERVM Iliada scribere videar. Sed tamen idem quoque non vereor, ut aequi rerum aestimatorem veniam daturi sint, partim

A 2

quod

d) Faſtor. I. 221. ſqu.

e) Eſai. Cap. LX. v. 17.

IV EXERCITATIO ACADEMICA

quod nemo doctorum f), quod sciam, sigillatim hoc caput curatiore opera excusit, sed leui brachio tractauit, partim quod etiam argumentum eius sit indolis, in quo offendit queat, quales academicæ doctrinae, profectus coeperim, in praelectionibus, quas Tbingae super rebus ad politiam aequa ac oeconomiam spectantibus non sine ingenti fructu instituit F. W. TAFINGERVS, ICtus omnibus elogius maior. Ut vero haberem, quo, tanquam ad cynosuram, mentis meditationem dirigere possum, totam hanc tractationem existimauit in quatuor capita dispertierandam: quorum primum *preium in vniuersum*, alterum *preium legale speciatim adumbrabit*: tertium de *numinorum, ultimum de rerum prelio legali ager*. Has ergo primitias, lector benigne! aequo accipias velim animo, et, si quid ob tenues ingenii maturitatis primum vires, et angustias temporis erratum sit, aut neglectum, memor sis IUSTINIANI sententiae, quod nempe *in nullo aberrare, diuinæ utique solius, non autem mortalis sit constantiae*.

CAPVT

I Scio quidem superiori saeculo edidisse ANDR. DINNE-RVM *Diff. de iusto rerum prelio definiendo*. At meditationes beatissimi viri ita sunt comparatae, vt, si eas aliquoties legeris, nil nisi rationem idearum confesarum inde colligere possis. Ita enim ibi inquiritur, quodnam iustum ac verum preium sit, pro fundamenti propositione hanc ponit regulam: *verum preium appellatur, quod emtorem inuenit, s. quo res vendi atque comparari solet, vel, tanti res valet, quanti vendi potest homini scienti*

DE NVMMORVM ET RERV M PRETIO LEGALI. V

CAPUT PRIMVM

DE PRETIO IN VNIVERSVM.

S. I.

DE NATALIEVS PRETII CONIECTVRAE.

**S**ua licet sese commendet utilitate: est tamen diffusum illud antiquitatis caput, quod *priorum natales* detegit. In re igitur tam antiqua et dubia, si qua datur *venia suspicio*: tantum abesse, adfirmauerim, ut homines rationem *pretii* et *commerciorum* ea aetate habuerint, qua iidem

vindice nullo,  
Sponte sua, sine lege fidem rectumque colebant a),  
vt potius afferendum sit, primam hominum eamque innocentem infantiam iis lusisse modo rebus, quas sine quadam arte protulit benigna natura. At ex quo iam adultior facta erat hominum aetas, iidemque a prisco more omnia habendi communia recedebant: dubio carer, quin suas sibi quisque sedes, suos agros, suas tandem, quibus indigerent, res ita vindicare incepit, vt eis unus ipse vti, nemo autem aliis, sine veri domini permissione, eas denuo occupare posset. Hac vero ratione non eadem omnium rerum quibusvis erat facultas, et nunc alii abundantur rebus, quibus indigere alii. Veritati ergo proxime accedit, vt sic sensim sensimque inualuerint *pretia* rerum, quippe iam alter ex alterius adparatu suppleret id, quod sibi deerat. Imo quam non omnia profert omnis tellus, sed ex VIRGILII obseruatione b)

A 3

Hic

a) Ita saeculum aureum de-  
scriptit OVIDIUS Metam. L. I.  
v. 90.

add. Lib. II. Georg. v. 109. squ.  
Delineationem non absimilem re-  
peries in OVIDII Lib. de Art.  
amandi. L. I. v. 757. squ.

b) Lib. I. Georg. v. 54. sq.

VI EXERCITATIO ACADEMICA

Hic segetes, illic veniant felicius vna,  
Arborei fructus alibi.

num assenser ambigeres, et vel ipsam necessitatem coegeris homines, ut constituto rerum pretio, licet indefinito, ea, quibus vel abundabant, vel quae sua arte et sudoribus producebant, indulgerent aliis, eaque, quae ipsis deerant, peterent ab aliis? Inde, ut ego quidem arbitror, non desuerunt, qui si ipsis affulgeret aliquid lucri, relinquebant patriam, perreptabant montes, infra terrae viscera inuadebant reclusuri auri argenteique venas: inde mox impiger mercator

Per mare, pauperiem fugiens, per saxa, per ignes  
extremos ad Indos excurrere adiuuerat: inde etiam regiones, olim aut syluis horridae, aut paludibus foedae, nunc agris fertilibus, nunc hortis amoenis ornabantur, si modo verum est, quod commercia habeant praeter alia bona et hoc, ut cum moribus hominum, ipsum quasi terrae ingenium emolliant, nec ferum esse amplius, incultumque sinant c). Hanc primam esse Pretiorum aequae ac commercii aetatem ac velut infantiam, quiuis agnoscat. Omittam vero ad praesens, permutationem modo his canis temporibus adhibitam esse; maxime quum eius rei sat manifesta apud priscos scriptores vestigia deprehendas d). Tametsi vero illud aeuum felicius vocat PLINIVS e), quam res ipsae permutabantur inter se, nec, deficiente auri sacra fame, tum audiebantur quaerelae f) quod itum sit

c) Egregie inquit sagacissimus Autor de l' ESPRIT DES LOIX L. XII. Cap. I. Le Commerce guevit des prejages desfructeurs, et c'est presqu'une regle generale, que partout, ou il y a des moeurs douces, il y a du commerce, et partout, ou il y a du commerce, il y a des moeurs douces.

d) Eadem fere principia fouet THOMASIVS tam in Jurispr. diu. L. II. Cap. XI. quam in disp. de pretio affection. in res fungib. non cadente Cap. I. §. 7.

e) In Hist. Nat. Lib. XXXIII.C. i.

f) Tales querelas fundebat OVIDIVS L. I. Metamorph.

DE NVMMORVM ET RERV M PRETIO LEGALI. VII

in viscera terrae.

*Effodiuntur opes, irritamenta malorum:*

*Iamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum*

*Prodicerat*

mox tamen modus dominii transferendi alias excogitatus est. Etenim alter ille modus rei acquirendae, qui fiebat accipiendo, quo egeas, et reddendo, quod alter sibi usui fore putet, siquidem eo ipse carere queat, id difficultas habebat, ut non raro alter id, quod pro accepto reddat, adspernaretur, et ipsarum rerum permutandarum tam incerta saepius esset aestimatio, ut non posset non alteruter damni periculum incurrire, imo ut quandoque contingaret, quod de permutatione *Glauci ac Diomedis* *HOMERVS* g) memoriae prodidit, ut permutterarent

*Χεύτεα χαλκείων, ἐκατόμβοι ἑνεαβοιών.*

*Aurea aereis centena nouenariis.*

Imo et id incommodi sequeratur permutations, ut, dum homines terrarum alio calentium sole deliciis inhabant, saepius alter eas res accipere nollet, quibus nostra a se desiderata bona comparare voluit, nec semper haberet alter, imprimis cui angusta res est, quod gratum huic esset, a quo aliquid peteretur. Gentes ergo, queis amplior vitae cultura arridebat, cogitarunt de re aliqua, quae ad quarumvis rerum pretium metendum adhiberi posset, eamque vim tribuerunt metallis. Non incongrue ergo loquitur *PAVLVS* h) electa est materia, cuius publica ac perpetua aestimatio difficultatibus permutationum aequalitate quantitatis subueniret, eaque materia forma publica percussa usum dominiumque non tam ex substantia praebet, quam ex quantitate, nec ultra merx utrumque, sed alterum pretium vocatur. En natales pretii indefiniti, sequit ac eminentis.

§. II.

a) *ILIA D. B. v. 23d.*

b) *L. I. D. de Cont. Emr.*

VIII EXERCITATIO ACADEMICA

§. II.

DESCRIPTIO PRETII.

Natalibus vero pretii, penicillo licet breui, adumbratis iam quid eius in vniuersum nomine veniat, dispendendum est. Generalem esse pretii notionem, opinor, nec tantum emtioni venditioni esse accommodatam, quod voluisse videtur VARRO a). Ita enim LABEO mentionem iniicit b) pretii conductionis; PAVLVS c) vero meminit pretii operae. In eruenda caeterum pretii notionem d) fortasse sequeret, qui id definit per quantitatem, qua res ad relationem inter se aptae sunt; nisi, rem penitus considerando explorasssem, nimis late conceptam videri descriptionem, eamque etiam quadrare ad mechanicam quantitatem. Potius ergo pretium dicere proportionem quandam arbitriam moralem, rerum et actionum in commercium venientium, secundum quam illae comparari possunt. Ut nonnisi proportionem quandam pretio contineri contendam, me id paeprimis moneret, quod toties, quoties mensuram pretii quantitatum instituimus, id quod autem v. c. fieri solet, quando inuestigando iustum rerum, quae sub mensuram cadunt, pretium nosse animus gestit, toties illico menti se ostendat proportio, quam inde eruere cupimus. Arbitriam vero esse illam proportionem, ex ipsa rerum natura habemus compertum. Enimvero si paulo curatus intueris rerum proportionem de pretio instituendam: tantum abesse, conspicias, ut inconcluso inniti possit fundamento, vt is potius, qui eam nonnisi a nuda hominum opinione dependere dixerit, a vero aberrasse non videatur. Ac si diversitatem morum, quibus se maxime componunt homines, intuearis, et dein cum PLATONE e) omnem

a) *De Lingua Lat. Lib. IV.*

b) in L. 28. §. 2. loc.

c) in L. 52. §. 2. pro Soc.

d) in *Iurisq. definit. §. CCCLXXX.*

e) Verba PLATONIS pro-

tulit B. BVCHNERVS in *Diff.*  
*Academ.* p. 409.

## DE NVMMORVM ET RERVM PRETIO LEGALI. IX

omnem vivendi rationem ad quatuor potissimum referas genera, *temperatum* sc., *prudens*, *forte* ac *sanum*, atque his rursum totidem alia contraria atque aduersa opponas: num afferere ambigeres, rem quandam non nisi insuperabili difficultate inveniri, quam omnes aequali modo amarent, nedum cuius *pretium* eadem prorsus ratione metirentur? num contendere anceps haesitares, quemque eam modo rerum *pretio* legem dicere, quam quisque eidem illi aptam esse putat? Dubio autem carere videtur, *moralem proportionem*, *pretio* in *universum spectato*, eatenus tantum considerari, quatenus *pretium* cuiusdam rei definientes attendimus iam ad maiorem, iam minorem usum, quem haec illae res in relatione ad necessitatem humanae habere poterit. Quae vero quoniam ita sint: fallor, aut quiuis, me etiam non monente, fateretur, eam rerum proportionem, quam *pretium* vocavimus, in eo a quibusvis aliis proportionibus recedere, quod in illa, de qua nobis est sermo, *res* ea praeprimis ratione intueamur, quatenus in *commercium* veniunt, non autem quatenus vel meram arithmeticam, vel geometram, vel mechanicam, vel aliam denique inter se relationem habent, aut ex nostra destinatione acquirere possunt.

### S. III.

#### PRAE CIPVA PRETII DIVISIO.

Haec vero, lector, tecum erant communicanda, ut in limine statim comperrires, qualēm *pretii* ideam formaram, cui, iacto velut nouae domus fundamento, deinceps dicenda superstruantur. Nunc age notiones, quae menti de diuersis *pretii* speciebus obueniunt, evoluamus. Prius vero, quam ad hoc negotium inoffenso pede accedimus, haud incongruum erit, si moneamus, *pretii* vocabulum latiorem saepius assumere sensum, atque ille est, quo nosmet vtimur. Ita enim, vt alia taceam, et ipsam pecuniā *pre-  
B  
tium*

XII. EXERCITATIO ACADEMICA MVII 30

tium eminentis vocare solent s. PUFENDORFIVS a), TITIVS b), IO. GOTTL. HEINECCIVS c). Non difficulter vero animaduertes, late nimis, et valde improprie, hoc nomen ipsi pecuniae tribui, quippe compensatio eminentis potius, aut id, quo omnia in commercium venientia eminenter compensantur, dici deberet. Evidem quum sermo mihi sit de pretio in proprio sensu, praecepit, opinor, diuisionem eiusdem eo redire, ut aliud sit

J. *Vulgare.* Hoc relinqu, norunt omnes, cummuni hominum aestimationi, vnde nomen quoque suum fortitur, quoniam rebus suis illud qui quis e populo tribuit, habito tantum ad eam aestimationem respectu, qualis maior pars hominum iisdem rebus sollet imponere d). Innuit id, ni fallit animus, et vel illud tritum, eine Taxe kann ein jeder machen, cuius sensum genuinum enodatus quam quisquam alias enodauit EISENHARTIVS noster, inter φιλαθράποντα eruditus, atque inter eruditos φιλαθράποντα e).

II. *Singulare* aliud. Dici id in ICTORUM scholis consuevit pretium affectionis, et ita, meo quidem indicio, poterit describi, quod sit aestimatio, quae rei cuidam ob affectionem quandam peculiarem trahitur.

III. *Legale* aliud, quod ab iis, quibus summa in republ. potestas competit, definitur. Id toties adest, quoties rerum aestimatio per quandam legem est definita.

a) In *Iur. Nat. et Gent. Lib. V.* de reduct. mon. ad iust. pret. §. 2.  
Cap. I. §. 3.

d) Vid. praeter alios SPEI-

b) In not. ad LAVTERBA- DELIS Specul. voc. Anschlag.

CIII Comp. Digest. obuiis in LAVTERBACHII Colleg. Theor.

IOH. HENR. MOLLENBECKI Pract. tit. de Contr. Empl. §. LVII.

Th. Iur. Ciu. p. 709.

e) Conf. VIRI IL. Grund-

c) Tam in *ELEM. IUR. NAT. ET SÄRZE DER DEUTSCHEN RECHTEN IN GENT.* L. I. §. 329. quam in Diff. Sprüchbüchern p. 331.

## DE NVMMORVM ET RERV M PRETIQ LEGALI. XI.

definita f): quippe, prouti non incongrue monet  
BACHOVIVS g), aliquando definitio pretii vendito-  
ris arbitrio non permittitur, veluti ex causa necessita-  
tis publicae, et hic magistratus, si pretium moderatum  
praeferiat, hoc omnino iustum dicendum est. Pretium  
eiusce generis locum inuenire, scimus, in rebus  
fungibilibus, iisque ad vitam humanam summe ne-  
cessariis, adeo, ut eo constituto

Panis ematur, olsus, vini sextarius, adde,

Quem humana sibi doleat natura remotis.

Nec emtorem, si pretium tale sit in venditoris fa-  
uorem datum, vrgere posse, ut minus accipiat,  
doctet et vel ipsa iuris paroemia, die Sache hat ib-  
ren Preis, wie das tägliche Brod. Proin consisperre  
pretium in srypn, sive in punto, nec latitudinem ha-  
bere, sed quantoquinque excessu iniustitiam committi,  
graunter pronuntiat B. PVFFENDOREFIVS h).

## §. IV.

### C O M M E R C I U M D I V I S I O N E R A T I O N E P R E T I I .

Tantum abesse, opinor, ut rerum pretia a causa  
modo, ut potius et a quantitate ipsa inter se discerni  
queant, et sic in plures alias species abeant. Immensum  
fane campum ingredi videar, si earum omnium mentio-  
nem iniicere animas gefuiret. Quare iis recensendis non  
immorabor, et circa eam rerum divisionem potius sub-  
sistam, quam negligere non licet, si definiendi pretii  
ergo rerum naturam penitus perscrutari cogitamus. At  
enimuero in quauis rerum specie dein memoranda sin-  
gularis obtinet pretii computandi norma, et hinc puta-  
rem, quod, habito ad pretia respectu, aliae res sint

### B 2

f) Vid. IOH. GEORG. FICHT-  
NERI diff. de Instit. Pretii §. IV.  
g) In diff. ad TREVTLERVM

### A) vel

Vol. I. Disp. 28. tb. 3.  
h) l. c. L. V. Cap. I. §. 8.

XII EXERCITATIO ACADEMICA DE

A) vel tales, quae *eminens pretium*, seu, ut ita me potius exprimam, *eminentem rerum compensationem* constituunt. In harum ordinem pecuniam modo referimus, siue illa sit, nil intereat a) ex *aere*, siue b) ex *auro*, siue c) ex *argento*, siue d) ex *quadam alia materia* confecta.

B) vel tales, quarum *pretium non eminens* sed *indistinctum* est, et quibus non aequa omnia acquirimus, sicut in pecunia id obtinet. In hunc ordinem referre licet res *omnes*, excepta pecunia: 1) tum *corporales*, et quidem a) *mobiles et immobiles*, b) *vivas vel vitae expertes*, c) *liquidus non minus ac solidas*, 2) quam *in corporales*, veluti aa) *iura acquirendi*, faciendo vel patiendo; cc) *liberales non modo operas*, veluti *judicium*, *aduocatorum*, sed et *illiberales*, ut opificium, *mercenariorum*.

§ V.

CIRCVMSTANTIAE IN RERUM PRETIO DEFINIENDO  
ATTENDENDAE.

Diuersam vero *pretii quantitatem* vix ex alio quodam fonte, ac e diuersis tam *rerum* a) quam *ipsorum bonum circumstantiis*, fluere, tralatitium est. Siue enim intuearis ipsas rerum *qualitates et internas et externas*; siue consideres *usum rei*, quem aut *omnes homines*, aut *certae quedam personae* expectant; siue ponderes ipsam *ruritatem*, cuius beneficio vel res vel operas acquirere possumus; siue tandem examines ipsam *quantitatem rerum* inter se comparatarum: sane uberrimam inde causarum segetem subnasci vides, *diuersa rebus attribuendi pretia*.

a) Vid. EXCELL. DOM. KEVFFELII *Exercit. Gratian. bonaefrugis plenissimas. Exerc. V. §. 113. et C. ZIEGLERI diff.* quae inter eius dissipert. iunctim editas decima quinta est, de *Mohatrae Contractu §. 35. lq.*

DE NVMMORVM ET RERV M PRETIO LEGALI. XIII

*pretia.* Solem luce illustrare videar, si hanc rem adeo claram magis illustrarem. Neque erraueris, si multum inesse ponderis, dicas, in mediis enumerandis, quibus *externum* rerum *quantitatem*, (sub certo quoque respe-*ctu*) et *internam* metiri solemus. Etenim si *pretii* eruendi causa res inter se comparemus; si certus dein in iisdem comparandis *quantitatis modus* obtinere debeat: sa- ne *normas* sequi debemus, quarum ope *quantitas rerum* explorari non minus, quam indicari poterit. At non re- ram modo, sed et ipsius *pretii* *quantitatem* metimur eiusce generis *normis*; quarum tamen alias in rebus *incorpora- tibus*, alias *corporalibus* adhiberi, experientia habemus compertum. I. Harum namque *quantitatem* eruere, mos est, 1) *numero*, 2) *pondere*, et 3) *mensura* b). II. In illis vero *duplicem rationem* habendam esse, concedent rerum peritores. A) Aut enim ita veniunt in commercium, ut e. c. *iura alteri* *indulta* aliis *iuribus* ab altero nobis attri- buendis, aut *operae* aliis *operis* compensari debeant. Non aliam tunc admittendam esse credas velim *quantitatis mensuram*, quam quae *numeris* *absolutur*; vt pote inter omnes constat, nec maiora, nec plura nos *ordinarie* c) tali in casu reddere *iura* *operasue*, atque illa sunt, quae alter nobis *praestitit*. Id vero tunc *praeprimis* obtinere, dubio caret, si vtraque pars *contrahentium* de *iuribus operisue prorsus aequalibus conueniat* d). B) At si quae-

B 3 flio

las minus adcurate obseruari.

b) Hic legisse neminem poe- nitebit CASP. ZIEGLERI disp. de iure constituendi mensuras, et STRVII diff. de eo, quod *iustum est circa mensuras et pon- dera*.

c) Summa cum diligentia ad- hibui vocem *ordinarie*. Probe enim scio, non raro extra ordi- nem iustas de rerum pretio regu-

d) At notes veliu, I) quod in hac positione de *iuribus operisue prorsus*, i. e., non nomine tantum, qualitate, numero, et circumstantiis, sed et quoad emolumenta et onera in *contra- hentes redundantia, aequalibus sermo sit*; II) quod *computatio emolumenti vel oneris in iuribus potissimum*.

stio est de iuribus vel operis inaequalibus praestandis, dum v. c. in locum iurium operaे, aut in locum iurium et operarum leuiorum maioris momenti iura vel operaе substituenda sunt, et uterque contrahentium aequalē emolumenū quaerit, non ratio tantum habenda quantitatis, quae in numero eorum iurium vel operaum consitit, sed et insuper respiciendum est ad emolumenta et onera ex hisce iuribus vel operis in contrahentes redundantia, imo et ad horum conditionem aequē ac indigentiam e). III) Quod-

potissimum instituatur per modum fortis, seu vt in vernacula loqui solemus, wir betrachten die uns überlassene GERECHT-SAME als das CAPITAL, und den uns daraus zufließenden NUTZEN, als INTERESSE. Vbi post detrachum premium onerum et expensarum summanam fortis determinamus. In operis vero aestimandis ordinarie non tam ad emolumenū ex praefatis operaē promanans, quam potius ad conditionem et indigentiam illius, qui practicē operas, respicitur. Utramque hanc circumstantiarum speciem nec penitus negligimus, nec accurate nimis perpendimus, quando secundum hoc distinctionis membrum, de reciproca quadam præstatione certorum iurium vel operaum cæteroquin sibi aequalium conuenientia fuit, ac accurate perpendiculariter debemus, si de inaequalibus inter contrahentes sermo esset.

e) Hoc autem allato distinctio-nis nostrae membro altero illud, quod præmisimus, tolli aut confundi, et secundum explicatio-

nem priori nota adductam nil noui in ambobus membris adferri, credas nolim. Vbi enim præcipius contrahentium finis eo redit, vt loco iurium et operaum præstitarum alter olim tantumdem in eodem iurium vel operaum genere præstaret; neutra contrahentium pars defudabit in inquisitione super quaestione instituenda, an aequalē emolumenū, aequalisue indi-gentia adit, nec ne? quam eo ipso, quod iura vel opera quo ad reliquias circumstantias aequalia in stipulationem venerint, de emolumento circumventionis tam magnum periculum haud dubitet, ac tunc potissimum subesse poterit, vbi 1) vel de iure quodam alio pro iure inaequali, i. e. iisdem quas in altero invenimus, conditionibus destituto, 2) vel de iure quodam pro certis operis permittendo conuentum fuerit. Multo enim facilius in permittanda re diuersae, quam eiusdem speciei, quemque decipi, norunt ad unum omnes.

DE NUMMORVM ET RERVM PRETIO LEGALI. XV

si denique res corporales cum incorporalibus in contractum veniant, ad circumstantias utriusque generis modo in hac specie traditas attendendum esse, ipsa rei natura docet.

§. VI.

QUINAM IN DEFINIENDO RERVM PRETIO PRAECIPUUS FINIS QVAERATVR.

Non vero caussis diversis enumerandis, ob quas mortales solliciti esse solent de rerum pretio, iam immorbor: quippe ad scopum nostrum satis erit indicasse finem praecipuum atque ordinarium, tam proximum, ut philosophi loqui amant, quam remotum, quem in definiendo rerum pretio nobis proponimus. Dubio carer, vix in alio quadam momento nosmet magis optare, ut cuiusdam rei pretium eum obtineat modum, quem aptum nobis esse congruumque iudicamus, atque tunc, quando res operae necessarias et utiles communicare, animus gestir, cum aliis, earum indigis, et quando ad celebrandum permutationis aut emtionis contractum quendam alliciat aut elegantia, et laetior vita, aut etiam quaedam indigentia, dum cuidam non sufficiat

toga, quae defendere frigus

Quamvis crassa, queat. Sane vero quiuis in memoratis contractibus onerosis, de quibus verum est, quod dixit EVRIPIDES a) puta, φωτισθεντος τέπει, lux contractibus conuenit, eo praeprimis respicere videtur, ut ne danda quadam re pro alia, quam nancisci cupit, ullam in patrimonio ferat iacturam, sed ut potius tantum re ab altero accepta recuperasse videatur, quantum sibi suisq[ue] facultibus per rei traditionem deesse credit. Nil aliud, ut paucis me expediatur, in definiendo rerum pretio regulariter nos quaerimus, ac aequalitatem, i. e. dum emimus, vendimus, permutamus, res nostras ea tantum mente in alios tran-

stu-

a) Cyclop. v. 137.

stulisse videntur, ut aliam quidem, at neque nobis *gratam* obtineamus rem, ac illa erat, quam tradidimus. Quem finem consequi, si nobis contigerit, laetitia incedimus, et nos rebus nostris *iustum* congruumque adsignasse *preium* putamus. At si obtrineamus *rem vilioris momenti*, quam animus optat; nos sane conqueri, audies, quod rei illius adquisitae dominum non nisi *prelio* admodum *cario* comparauerimus. *Cura enim pretia esse dicimus*, quando *plus* dare oportet, quam vt quaedam *aequalitas* subsistere possit inter rem a nobis traditam, et illam quam ab altero accepimus. Toties vero *plus* dedisse videmur, quories, ut alteram nanciseremur, rem dare debuimus, nobis vel paulo *gratiorem*, vel *aeque gratam*, at in *maiori quantitate*. *Leui autem prelio* comparari rem dicimus, si quando res ab altero accepta nobis vel *aeque*, vel paulo iucundior fuit, ac illa est, quam ei tradidimus. At quum viuamus ea aetate, qua omnia, que veniunt in commercium, aestimamus pecunia, tanquam *eminente* omnium rerum *compensatione*, atque quum hinc non incongrua sit illa comparatio, qua *SYNOLDVS SCHVZIVS* b), *nummum idem in contractibus et commerciis hominum efficere*, contendit, *quod in syllogismo medius terminus*, quippe quo vacillante omnis argumentandi vis periret: sane id *carum* pronuntiamus, quod tanta *pecuniae* summa compensare et comparare debemus, quanta *rem* forsan nobis longe *gratiorem* comparare possemus. Tametsi vero nos dixisse meminimus, *finem* praecipuum, cuius causa*rum* rerum *pretia* definitius, consistere in *aequalitate*: hanc ne in sensu tam stricto accipias, opto, ut inde sequi credas, *aequalitatem* istam *excludere* omne *lucrum*; quippe ubi lucram obueniret, ibi *aequalitas* non minus cestaret, ac si nobis inferretur *damnum*. Si enim, ita forsitan amplius urgebis, *nulla* deprehenditur *aqualitas*, quando *rem gratam* nobis, pro *alia minus iucunda tradere*

b) *De Statu Rei Rom. Vol. II. Disp. IX. §. 6. lit. a.*

DE NVMMORVM ET RERV M PRETIO LEGALI. XVII

tradere debemus: sane et tunc, tuo quidem iudicio, defiderabitur *aequalitas*, quando *rem gratiorem pro minus accepta acquirere licet*. At, qui tale necis ratiocinum, *aequalitatem* in hunc, quaeso, modum interpreteris; scilicet vnumquemque, qui emendo et permutando obtine-re id cupid, quod sibi deesse opinatur, *rem tanti pretii ordinarie pro alia re tradere ac permutare*, quanti esse poter-rit, *vt, n il lucrum e tali permutatione capiat, nullum tam inde sentiat damnum, sed tantudem saltim recuperasse videatur*. Scire forsitan aues, quanam vero res nobis ordinarie gratiore*s*, et hinc cariores etiam, tam esse soleant, quam debeant? Putarem, quod ea temporis perio-do, qua nummus adhuc erat exul, eae tantum res mortalibus gratae praeprimis erant, quarum possessione felicitas vniuersiusque promouebatur, id quod nimis *indefinitum* sonat, atque ex singulorum indole, vitae ratione, et facultatum qualitate debuerat cognosci. Sequiori autem aetuo, illas rerum species cariores esse dicimus, quae *maximam* na<sup>c</sup>tae sunt *aestimationem pecuniariam* c). At alter ille, quem in definiendo *rerum pretio* attingere studeamus, *finis*, puta *remotus*, locum iam sibi exposcere videtur. Eundem illum esse, opinor, quo quaevis actio-nes humanae tendunt, puta, *vt bonis et facultatibus ad beatam vitam spectantibus* in dies singulos *locupletiores reddamur*. Quum vero iam pridem reffixerit amicitiae amor, eaque aetate vivamus, qua *virtus laudatur et alget*; quumque iam inuidia, iam dira lucri cupidio, et foeda foeneratorum prauitas, iam vero et alia impedian, quo minus hominibus tam felicibus esse contingat, *vt vtrumque finem consequantur*: de refrenanda tali malitia cogi-

c) Hic legisse neminem poenitebit IOH. BODINI respons. ad paradoxam MALESTRETTI de caritate rerum, ciusque reme-

diis. Obvia est in HERM. CON-RINGII Operibus, quas iunctim editas debemus B. DE GOEBEL, Tom. IV. p. 788.

XVIII EXERCITATIO ACADEMICA

cogitandum, et hinc definiendum erat *legibus*, quid *iustum* esset circa *rerum*, ni plurimarum, quarundam saltim *pretia*. Hanc igitur rem curatore opera pondasse, e re erit.

CAPVT SECUNDVM.

DE PRETIO LEGALI IN SPECIE.

§. VII.

IUS LEGALE PRETIUM CONSTITVENDI QVIBVS  
COMPETAT.

Ad illas rerum species illico accederemus, quarum *pretia* lege sunt definienda, ni *personae* circa constituenta *rerum pretia* occupatae intercederent, sibique prius locum dari in hac tractatione poscerent. In eo non fallar, nec quispiam refragari fortasse poterit, si contendam, non alias *personas*, munus *rerum pretia* lege quadam definiendi obire posse, quam eas, quae potestate gaudent, bonis *legibus* armanti rempublicam. Num enim est credendum, homines emtores aequae ac venditores, obseruatos semper esse normas de *rerum pretiis* praescriptas ab iis, quos facultate, obligandi alios, destitutos esse deprehendes? Num tali casu obtineri posse putares, modum, quem quaerimus, et quem eo absolu scimus, ut rerum, quibus non nisi aegre caremus, diuersas species iusto, nec nimis caro, sed potius cum facultatibus patrimonii quorumuis conueniente *pretio* acquireremus? Absit, qui id credamus! Hinc opus omnino erit, vt *legibus* iustus in quarundam *rerum pretiis* modus praefiniatur, quantumuis illud fortasse haud paucis libertatem mercantium infringere videre possit. Eudem vero modum a) eminenter non nisi *suprema in quauis*

a) Vid. B. HEVMANNI Init. Iur. Polit. German. §. 56. sq.

## DE NVMMORVM ET RERVM PRETIO LEGALI. XIX

quauis republica potestas, b) subordinate e contra collegia, magistratus, aliaeque personae politiam adornantes praefcribunt, atque definunt. Nullus autem a vero aberrabis tramite, dum instar regulae assumas hoc dogma, ius scilicet rebus legale pretium imponendi iisdem, qui de causis politiae leges ferendi potestate sunt muniti, in uniuersum, speciatim vero iis quoque competere, quibus cura rerum publica auctoritate aetimandarum demandata est. Veritas huius theses eo lucidioribus radiis elucet, quo grauioribus argumentis id praeter alios et jurisprudentiae et politiae laude inclutos viros docuerunt H. CONRINGIVS c), VIT. LVD. DE SECKENDORFF d), perill. L. B. DE BIELEFELD e), ill. I. H. DE AYSTI f), ill. AYRER g).

### §. XIII.

QVIBVS NAM ILLUD IUS IN GERMANIA COMPETAT.

Est vero omnino laetandum, quod communis patria eos subinde aluerit imperantes, qui attendentes illud QVIDII a)

Tu quoque, quam patriae rectore dicare paterque

Vtere more Dei, nomen habentis idem, Germaniam legibus rerum pretia definiens adornaerunt. I. Sicuti autem maiestas est penes Imperatorem et Proceres Imperii collective suntuos, quos quippe certe quadam ratione ad regni consortium adscitos esse con-

C 2

b) Conf. ZIEGLERI Tr. de  
Iur. Maiest. Lib. I. Cap. XLVI. §. 2.  
c) In diss. de Maiest. Civili,  
quae legitur in IPSIVS Oper.  
edit. T. IV. p. 603.

d) In Libro aureo, cui titul.  
deutscher Fürstenstaat II. Th. Cap.  
3. §. 4. 6. 210.

e) Institut. Polit. T. I. Ch. VIII.

§. 17.

f) Vid. EIVSD. Staatswirths-  
schaft Th. I. §. 249.

g) In Diss. omnibus numeris  
abfoluta, cui titulus de S. R. I.  
Principe Politiam circa commer-  
cia et studia cinicum suorum rite  
adornante Seßl. II. §. 31.

a) Lib. II. Trif.

XX EXERCITATIO ACADEMICA.

stat b); ita etiam indoles arctissimi illius vinculi intercaput et membra imperii non secus fert, nec tulit, quam ut vel in ipsis imperii comitiis cura politiae non esset neglecta. Ante testor ea propter ordinationes politicas c), aequae ac ipsas pacis Westphalicae tabulas d), quibus emendationem tam politiae, quam iustitiae ad comitia reiectam esse legimus. Quae vero quum ita sint: sane eo lubentius quius concedet, posse Imperatorem cum imperii Proceribus in comitiis definire pretia rerum, earum praecipue, quarum aequalem per vniuersum imperium exoptaremus aestimationem, quo certius esse, opinor, taullis politiae adscribenda esse rerum pretia definienda. Nec instes, in ordinationibus politiae stricte sic dictis prolatis in Comitiis nihil circa pretia rerum disponi. Nam non est, qui deseram caussam. Largiamur enim, nil in iis de rerum pretiis agi. Nonne tamen v. c. leges monetariae e), aequae ac leges taxatoriae summorum Imperii tribu-

b) Vid. ill. IOH. GEORG. ESTORIS Dist. de Iud. Princ. p. 14. et p. 25. et ill. IO. STEPH. PVTTERI Elem. Jur. Publ. Germ., opus, quod Mufae suum facile agnoscunt, L. III. Cap. III. §. 30. Hinc eorum dogmata sequi, periculoso videtur, qui summa et independentem maiestatem Imperatori tribuendam esse fingunt, et Proceres Imperii subditos esse docent. Portentum hoc juris publici iam dudum exploserunt praeceptor alios B. GOTTL. SAM. TREVERVS in diss. eruditia de Studiis I. R. G. ruinam procurantibus C. II. et III. et BERNH. L. B. de PLESSEN de Libert. Germ. Cap. III. §. 7. 8.

c) Plures attulit B. IOH. HEV-  
MANNVS in Init. Jur. Polit. Germ. Cap. III. §. 16. sqq.

d) Vid. Pacis Osn. Art. VIII. §. 3. Iungas Medit. ad I. P. Caesar. Sueicum p. 1268. sqq. et Mant. III. ad Spec. VIII. Adde quae multo eruditioinis adparatu protulit ill. HOFFMANNVS, Ictus Tübingeris celeberrimus in diss. de remissis ad proxima comitia, quae in pacificatione Westph. expediri nequievant §. XVIII.

e) E multis adduxisse et re erit Ordin. Monet. FERDINANDI I. de an. 1559., quippe quae instar fundamenti est habenda deliberatum de re monetaria habitorum an.

DE NVMMORVM ET RERVM PRETIO LEGALI. XXI

tribunalium f) in eam legum classem sunt referenda? In quarum censum aliae quoque circa rerum pretia ordinaciones veniunt. Illae enim valorem sive pretium pecuniae; haec vero mercedem sive pretium certorum iurium et operarum constituant. Interim nec ipsum diffitemur, non multas ordinaciones in comitiis confectas deprehendi, quae de rerum pretiis quicquam statuerint. Male tamen et non nisi incongrue exinde inferres, Imperatori ideo cum proceribus ius circa pretia rerum quicquam in toto imperio valitum decernendi non nisi sub multis limitationibus competere. Imo in ipsis politiae legibus non pauca ac grauia reperies iuris caesarei et procerum circa rerum pretia amplissimi vestigia g). II. Spectat quoque ad Circulorum honorem, ut tam definiant legibus, quae res in commercio esse debeant, quam interdicant usum earum mercium, quae aut ciuium sanitati noceant, aut subditos ad otium, luxum, aliaue virtus pelliceant, nedum in decus publicum vergant h). Spectat ad Circulorum Splendorem, quod possint monetarum valorem secundum praescriptam normam examinare atque ad iustum pretium reducere i). Spectat tandem, ut paucis me expediam, ad

Cir-  
SENCKENBERG Coll. F.R.I.T.  
I. p. 332. et Reform. Pol. Aug. de  
ann. 1548. ap. EVND. I. c. p. 587.  
add. MEVIVS von Wucherlichen  
Contracten et HEVMANNVS I.  
c. 5. 17.

an. 1566., 1570., 1576., 1594., 1603.  
Eam proelis fidandam tam curauit B. de GOEBEL, quam etiam inferuit B. IOH. IAC. SCHMAVSVS Corp. Iur. Publ. Acad. p. 248. edit. 1745. Qui sitim affilius legum monetariarum normis allegatis restinguere vult, aedat Repertorium iuris publici et feudalis, sub voce Münzordnung gen. p. 782.

f) Euolus STHMAVSSIVM I. c. p. 1050. et 1056.

g) Vid. Ref. Pol. Aug. de an. 1530. tit. 24. 28. sq. in perill. de

h) Vid. des Löbl. Schwab. Kraif-  
ses Patent und Verbott die Ver-  
kaufung des inländischen Flach-  
ses und Garns außer diesem Kraif-  
betreffend, Ulm den 15. May 1713.  
Legitur in H. FABRI Staats-  
Cantzley P. XXV. p. 167.

i) De circulorum cura circa  
rem monetariam egerunt 10 H.  
de

## XXII EXERCITATIO ACADEMICA

Circulorum dignitatem, quod ipsorum curae commissa  
sint praecipua politiae iura, in quorum numero praepri-  
mis illud eminet k), quod circa rerum diuersarum pretia  
decernenda versatur?

### §. IX.

#### CONTINVATI O EIVSDEM ARGUMENTI.

III. Quid? quod tantum abesse, inter omnes constat,  
vt caeteri, ad quos rerum summa est delata, *Ordines Imperii R. G.* sint nudi prouinciarum praesides, vt potius in  
suo quisque territorio potestatem maiestati aemulam et  
analogam exerceat a). Inde quo lucidioribus radis elu-  
cet veritas dicti a *LVDOLPHO HVGONE* prolati b),  
omnino scilicet *ordinibus imperii concedendum esse*, ut leges  
generales *imperii*, si necessitas hoc ita exigat, quatantenus  
corrigere, et loci hominumque conditioni aptare possint: eo  
maiori iure ordines imperii sibi asserunt facultatem pro-  
mulgandi ordinaciones politicas, rationibus prouincia-  
rum suarum aptas, easque edictis et rescriptis modo re-  
stringendi aut extendendi, modo et vel contrarias or-  
dinationibus imperii politici statuendi c), modo de-

de *SCHEIDLIN* de *Comuentib.* *SCHMAVSSII Comp. I.P. S.R.*  
*S. R. I. trium circul. Franc. Bau.*  
*et Sueviae, len. 1707. et I. IAC.*  
*MASCOVIVS de iure circa rem*  
*monetar. in terris circuli Saxon.*  
*Super.*

k) Delineavit ea ill. *ESTOR*  
in *Diff. de refr. agendi appellan-*  
*dique facul. ratione Bellicorum*  
*Civilium et Oeconomicorum*, de  
quibus Circuli Germ. statuerunt  
§. LIII.

a) Vid. praeter praestantissi-  
mos scriptores adductos ab ill.  
*HAEBERLINO*, Fautore mire  
nobis propenso, in *Ann. in*

b) *de Statu Region. Germ. Cap.*  
*III. §. 18.*

c) *Vid. COCCEIVS in Iur.*  
*Publ. Prud. C. XXIII. n. 4. STRV-*  
*VIVS in Comp. Iur. Publ. Cap.*  
*XXVI. §. 41. HERTIVS de Su-*  
*per. territ. §. 25. STRYCK in*  
*Vf. Mod. Tit. de Conf. Prince. §.*  
*XI. SCHAVMBVRGIVS in diff.*  
*de Natura priuile. tam gratis,*  
*quam conuentional. §. 17. illustr.*

SCHREIB

DE NVMMORVM ET RERVVM PRETIO LEGALI. XXII

nique, si e republ. esse videtur, res quam plurimas *lege* quadam ad certum pretium restringendi, ne iniquum exigatur ab iis, qui iis indigent, easque emere coguntur. IV. At principes iure munereque isto ipsosmet fungi, immensa rerum gerendarum moles hand finit, vnde cum pretiorum committunt modo 1) eorum collegis, iam 2) urbium magistratibus, iam quoque et 3) aliis personis, quae speciatim, ut rerum pretiis taxandis inuigilant, constituantur.

§. X.

QVIEVSNA REBUS LEGALE PRETIVM CAVTE  
IMPONI DEBEAT?

Quin commercia tam utilia sint, vt, non sine ratione, duobus maxime constare societatem ciuilem, COMMERCIО et imperio, dixerit LIPSIUS a) et non minus sapienter, quam vere P. I. MARPERGERVS b) florem commerciorum fortissimam appellauerit columnam, cui innititur structura ciuitatis: facile est intelligendum, quare summa potestas, sive in optimatibus, sive in principe, sive pro sua cuiusque portione consistat in omnibus, in id summo studio incumbere debeat, vt in suis terris florant omnis generis commercia, praemii invitent homines ad excelenda opificia, quin et recipiat mercatores, qui monente SENECA c) ita verbibus profant, ut medicus negroto, mango vendalibus. Quem vero finem non obtinebit, si non assumat illud ab HVGONE GROTIО, at quanto

SCHREIBER in diff. de Cauff. Polit. et carum, quae iustitiae dicuntur confitit et differ. Cap. II. §. 3. ill. AYRER l. c. Cap. I. §. 7. et praeprimis THOMASIVS in diff. de Statuum Imp. potest. legislat. contra ius comm., qua et argumenta fecus sententium solide discussit.

a) Ciu. doctr. L. II. C. 1. Add, CONRINGII diff. de re nummaria in republ. quauis recte constituenda. Extat in IPSIVS Op. imm. editis Tit. IV. p. 731.  
b) In dem neu eröffneten Handgerichte Cap. II.  
c) de Benef. L. IV. c. 12.



XXIV EXERCITATIO ACADEMICA.

quanto viro? propugnatum dogma d), puta, *commercia libera esse debere*. At ex hoc ipso principio sequi videatur, *liberum quoque tunc cuique esse debere*, rebus suis *pretium imponere quantumcumque*, nec in villa rerum in *commercium venientium specie pretium legale locum habere posse*. Ne vero id principium eo usque extendas volo, qui rempublicam quandam legibus de *rerum pretio*, disponentibus penitus carere posse credas. Ex nimia namque lucri quaestusque propensione, ceu ex fonte quadam impuro, promanare, certum est, illas de *inuisio rerum pretio*, querelas non heri demum, aut nudius tertius, motas. Harum multae nobis essent incognitae, si plurium rerum *pretia legibus definita extarent*, nec nimia singulis ciuium indulgeretur libertas res suas, pro suo lubitu et arbitrio aestimandi. Quare, quum res publica talibus intestinis malorum seminibus, et cognatis vitiis non secus obruatur, atque ferrum rubigine, aut lignum blattis et tineis exeditur: sane prouidi principis est, modum ponere fœnectorum licentia, et illo GROTIUS dogmate adducto, non obstante promulgare ordinaciones rerum pretia determinantes. Nam

*immedicabile vulnus*

Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur. At est, ne alteri huic principio, nempe quod *pretia rerum*, quantum id fieri potest, *legibus definiti* debeant, non aequo nimium inhaeres, contendasque *rerum omnium* quae in *commercium* veniunt, *pretia legibus esse definita*. Dici enim alias posset, te incidisse in scyllam, dum charybti euitare studeres. Ni ergo animus fallit, media incedendum erit via, statuendumque, *quasdam mo*do *res admitttere pretium legale*, *quasdam vero id respuer*, illas-

d) de Mari libero C. I. et de I. B. et P. L. II. c. II. §. 13. verba hujus viri inter magnos facile principis ill. AYRER in exaf-

ciata diff. de S. R. I. Principi Po-  
litia circa commercia et studia  
ciuum suorum rite adornante  
Sect. II. §. 7. adduxit.

## DE NVMMORVM ET RERVM PRETIO LEGALI. XXV

illasque ab his separari, iustosque utriusque rerum speciei limites ponи debere. Hasce vero res praeprimis *legale* *pretium* desiderare, putarem, I) *quibus quaevis necessaria* *vbiis* locorum et omni tempore comparare possumus. Quam vero indolem in nulla alia re, inuenimus, ac in pecunia, de qua dein dicemus, II) *quibus omnes omnino* homines in republica quadam *indigent*; III) *sine* *quarum legali aestimatione* alget cum exteris commercium; IV) *quae tandem*, ut *status reipublicae tam iudicarius*, quam *politicus*, et *cameralis ab innumeris vexis liberetur*, *taxari debent.*

### §. XI.

MEDIA, QVIBVS RES TAM CORPORALES QVAM INCORPORALES, ET EARVM PRETII QVANTITATEM METIMVR, AD LEGALEM NORMAM SVNT REDVCENDA.

Beatam ciuitatem esse, fatetur quiuis, in qua unaqueque portio munus suum perfecte obit, concordique ministerio partium, hominis bene valentis, optimaque horum temperie gaudentis reddit imaginem. At de existentia eiusmodi ciuitatis beatae dubitare nos imprimis finunt affectiones praeuae, fraudes non mercatorum aut opificum modo sed et aliorum, quos ira avaritiae instruxit genius, ut cautissimum quandoque, et vel ipsum Argum, circumuenient, ac non raro falsa a se facta supponant imagine veri fraudem adumbrantes, quin nec religioni sibi ducant, et vel ipsa media deserere, *quibus rerum*, earumque *pretii quantitatem metimur*. Quo magis talis fraus perturbat ciuitatem, et quo maius damni periculum e stateris adulterinis, falsis modiis, inaequali pondere in singulos redundat: eo maiori cura Princeps debet inuigilare, ne morbus hic fonticus, quo respublica laborat, latius serpat, sed quotocius curetur, radicitusque exterminetur. Quare necesse erit, ut instae normae legibus peculiaribus praefiniantur, in singulis

D

vnius

XXVI EXERCITATIO ACADEMICA.

vnius territorii toparchiis non diversae inueniantur normae mensurarum ponderisque, et reliquorum quoque mediorum, quibus rerum pretique quantitatem metimus est. Recte enim non minus, quam sapienter monuit I.O.H. BODINVS a), quod haec media si sint adulterata, commercia multis incommodis turbentur, quae tamen emitari poterunt, vbi illud STIGELII viget,

*Vna fides, pondus, mensura, moneta sit vna*

*Et status illaeius totius orbis erit.*

Non aliam, opinor, rationem summae potestatis esse, quae iuber, ut ponderum et mensurarum prototypa, maioris auctoritatis ergo, signo quadam publico, veluti armis, vel nomine imperantis, ciuitatumue insignibus praedita compareant, atque agoranomi constituantur, qui iis invigilent. Imo et acuum est, sumere supplicium ab iis, qui falsis mensuris, ponderibus, vlnis vt non erubescunt. Quum vero, nos iam supra dixisse b), minimus, et in ipsis incorporalibus rerum speciebus, puta iuribus vel operis certam quandam quantitas mensuram, quam vero in computando emolumento et onere, aut etiam statu, conditione et indigentia absolui constat, adhiberi posse, atque non paucas in iisdem saepius committi fraudes: sane personae politiam adornantes huic malo obicem vix maiorem ponent, quam si normam praescribant, secundum cuius tenorem emolumenntum, seu fructus ex iure aliquo, detraictis oneribus, in quemquam resultantes, nec non indigentia ciuium pro status sui gradu ac qualitate per totam rem publicam computari debeant. Adhinc ergo in quauis republica bene ordinata

I) ad

a) *De Republica* I. I. C. X. n. 160. V. Ref. Pol. de Ao. 1530. tit. XXX. adde STRVYII diff. de eo quod iustum est circa mensuras et pondera c. III. n. 3. HEVMAN- NI *Institia Iuris Politiae germani-*

normum C. XX. §. CLXXVII. HENR. COCCEII diff. de vero rerum pretio §. I. MYLERI *Metrologia* f. de iure mensurarum et ponderum.

b) vide §. V. in not. d).

## DE NVMMORVM ET RERV M PRETIO LEGALI. XXVII.

I ad metiendam in rebus corporalibus quantitatem A) aequalia et accurata pondera, tam a) maioribus b), quam minoribus rebus ponderandis, B) aequales et accuratae mensurae, et quidem a) virgarum pedumque ad campos metiendos adhiberi solitarum, b) vasorum, quae liquidis mensurandis inseruiunt, c) vasorum, quibus solidas, ut omnis frumenti genera aliasque huiusmodi res metimos est; C) aequales denique per totam rem publicam mensurae vlneares. II. Adsit quoque, ut rerum incorporealium quantitates explorari atque determinari queant A) pes praefixus, ad computandam fortem et vsuras, qui in vernacula audit, der Capital- und Interesse Fus, aus welchen zu ersehen ist, wie viele pro cento auf's höchste erlaubt sind c); B) pes quidam, legaliter ad usum eorum col-

D 2

c) Iam olim quantitas vsuram non uniformis obtinuit, prout ex LL. anterioribus solidi docuit illud aeternum Academiae huius decus HENR. HAHNIVS in Opusc. ad §. de indaganda in instrumento P. Osnab. C. III. §. 8. fqq. At aliama vsuram faciem nanciscerantur quum IVSTINIAN. L. XXVI. C. de Vsuris quantitatem vsurarum pro dimeritate et qualitate personarum eam determinaret. vid. HENN. BODINI diss. de usuris licitis ultra quincunces C. III. At post diut huius Imp. tempora foeneratorum avaritia detestanda sepultis quali juris civilis legibus exerevit, hinc, quod lactandum omnino, germani Legislatores vsuras via vice imprimis in annuorum reddituum emitionibus reuocarunt ad aequitatem. Vid. R. I. Aug. de a. 1500. tit. XXX. Ref. pol. de a. 1548. tit. XVII. §. 8. R. I. Frec. de a. 1577. tit. XVII. aliquie, tandem in specie in mutuo acerbitatē eo medelam adhibuerunt, ut asfuntis denuo Jur. ciu. principiis quincunces, vsuras admittarent. Vid. Rec. Dep. de a. 1600. §. CLII. tandem in contractu mutui, ut et in emitione, aut negotio annuorum reddituum secundum Iur. Justin. tenorem usurae quincunces sunt permisae. Vid. R. I. nov. §. CLXXIV. add. MICHAEL GRASSII Collat. Jur. ciu. rom. cum Rec. Imp. R. G. Sect. VI. p. 32. et. IOANN. GOTHOFREDI DE MEIERN Gedanken von der Rechtmäßigkeit des sechsten Zinsthalers in Teutschland.

XXVIII EXERCITATIO ACADEMICA.

collegiorum vel magistratum praefixus, qui rebus auctoritate publica aestimandis praefunt, secundum quem indigentiam eorum pro ratione status computare debent, quorum operis legale pretium, seu merces legibus praefixa est imponenda, quod germanico idiomate exprimi, tralatitium est, die Policey mus Vorschriften haben, nach welchen sie einen Anschlag machen kan, was diuenigen Personen zu ihrem Unterhalte iährlich nöthig haben, deren Arbeiten vnd Dienste nur Taxmässig belohnt werden müssen, um nach diesen Anschlag die Taxe selbst einzurichten d). Plura de his persequi, vetant huius dissertationis limites, quibus nos constringere debemus.

§. XII.

QVEMADMODVM LEGES RERV M PRETIA DEFINIENTES  
RITE PROMVLGARI, NEC NON MUTARI, VEL  
ABROGARI SOLEANT.

Diuersa vero ratione leges de rerum pretio datas singulis innescere, et inde ius obligandi sortiri, tam certum est, quam quod certissimum. Aut enim, quod I) earum promulgationem attinet, in concessionibus publicis praelegi solent; aut valuis templorum, curiarum, domuum publicarum affiguntur; aut etiam diurnis publicis, quae sub nomine *Intelligenzblätter*, *Wochenblätter*, aut *wöchentliche Anzeigen* veniunt, inféruntur. Quantumuis vero nullus earum obligationi, sub velamine ignorantiae, semet possit subducere: tamen non incongrue, fatendum est, pronuntiasse PLINIVM a), *Pretia rerum, quae unquam posuimus, non ignoramus alia in aliis esse, et omnibus paene annis mutari, prout nauigationes constituerint, aut ut quisque mercatus sit, aut aliquis praeualens manceps annonam flagellet.* Hinc summae potestatis erit, legum

d) Consulas quoque M. GRASSII Tract. iurid. de modo et iure taxandi iurisdictionem, Tub. 1724. l. FR. WERNER de iure taxationum Sect. II. §. IX. XXXI. a) Hist. nat. L. XXXIII.C.XIII.

## DE NUMMORVM ET RERV M PRETIO LEGALI. XXIX

legum de rerum pretio agentium curam suscipere, eas rationi temporis, circumstantiarum et utilitatis reipubl. attemperare, mutare, renouare, vel abrogare. Tametsi vero non vna regula comprehendi possit, quando et quoties iis aliquid adstrui, demi, aut caput quoddam, ni plane abrogari, saltim mutari debeat; crederem tamen, has ex ipsa rei natura desumendas esse regulas. Sic e. c. I) pecuniae pretio semel confirmato nulla in re monetaria conuersio facile est suscipienda. Ut enim non dicam, eiusce generis conuersiones, iudicante BODINO b), non minus, ac legum mutationes, si repentinae fiant, atque vicibus repetitis contingent, ciuitatibus noxias esse; id saltim monebo, frequentiores mutationes pretii nummorum fere nil aliud inuoluere, ad id, quod pretia rerum per minutiora pondera et mensuras reddantur leuiora. Quodnam enim capies lucrum, si vnum plumbi pondus quod alter secundum maiorem (nempe grauiorem) ponderis norma octo grossis solueret confinevit, modo quarta parte leuius ipsi vendas? certe enim tuus emtor, simul ac ponderis depravati certior est factus, minus vna quarta pretium sex scilicet grossos soluet. Accedit, quod, quum ex mea saltim hypothesi, pecunia eminens ac vniuersalis aliarum rerum compensatio sit (§. IV.), quod, inquam, si ea conuersionibus perpetuis esset obnoxia, reliqua quoque pretia mutationibus saepius contingentibus subiacent, id quod tamen aduersatur sanis politiae principiis c). At secus dicendum erit II) v.lc. de re frumentaria, pane, farina, graminibus, quin et de vino ac cereuisia. Pretium namque harum rerum dependet modo ab fertilitate

D 3

vnius

b) loc. cit. L. VI. C. III. adde  
JOH. MENOCHII Conf. in re  
monet. pag. 713. quod adiectum  
legitur de monetis et re num-  
maria Lib. II. prodeuntibus 1591.  
add. NIC. ORESMII Tract. de  
monet. editus studio Ioh. a

Fuchte, Helmst. 1622. C. VII.

c) Nobiscum sentit Perill. L.

B. DE BIELEFELD Inst. polit.

T. I. Chap. XIV. §. 25. "cette

"mesure commune, que la bonne

"Politique voudroit fixer, et ren-

"dre invariable."



vnius anni, modo ab indigentia, quae saepe maior, non raro minor esse poterit. Inde quoque in non paucis Germaniae prouinciis taxa earum rerum vel singulis annis, vel omnino singulis mensibus aut renouari aut mutari consuevit d).

## §. XIII.

QUID NAM IN EXECVTIONE LEGVM, PRETIA RERVM  
DEFINIENTIVM OBSERVARI DEBEAT?

Vberrimam materiae segetem nobis sub finem huius capitii subnasci videmus, plura differendi de modis quibus obseruantia legum loquentium de rerum pretio introduci, aequo ac quibus eae in suo vigore conseruari possint. Sed breuitati iam studendum est. Quare hic annotassemus iuabit, modos illos duplice ratione considerari posse. Aut enim sunt A) tales, ut quivis morem legibus circa gerum pretia occupatis gerere adligatur. In eorum classem refero, 1) si Legumlatores, aequitatem non minus ac emolummentum in omnes ex harum legum obseruantia redundans, insuper rationes, et causas nec non modum eas exequendi aptissimum ipsis legum verbis commendant, atque ostendant: si 2) in ipsis legum tabulis poenas in improbos earum transgressores statuant: 3) si constituantur ephori, et agoranomi, qui in foris, vbi res venales sunt expositae, et in aliis quoque locis, vbi talia peraguntur negotia, quas secundum leges de rerum pretiis editas fieri oportet, probe attendant, num pretium, quod leges exhibent, obseruetur, nec ne? 4) si praemia decernantur iis, qui barum legum violatores detexerint. Quamobrem ephorum praeceps et agoranomorum solertia, et vel ipsius reipublicae commodo, in plurimis fere prouinciis praeter congruum illis destinatum salarium, adiudicacione partis multarum transgressoribus solutarum excitatatur.

d) Prout id eluet ex diurnis quotidianis, quae Viennae, Bruns-wigae, Hannoverae, Stutgardiae, Augustae Vindelicorum etc. pro-dire solent.

## DE NVMMORVM ET RERVM PRETIO LEGALI. XXXI

tatur.<sup>1</sup> B) *Vel tales, qui, si quando maleferiati leges istas de rerum pretio agentes neglexerint, barumque poenis militarum repagulas fregerunt, efficiunt, ut legibus pristinis vigor suis restituatur, atque vindicetur.* Huc referas poenas in specie 1) tam criminales, quae illis irrogandae sunt, (a) qui aut adulterarunt pecuniam, (b) aut monetam sine iusfu et auctoritate publica cuserunt, (c) nouas easque falsas mensuras, pondera vlnas substituerunt a). Eo acrioris enim de iis poenas capere, aequum est; quo magis haec delictorum genera mercantes vexant, commercium turbant, et in sumimum totius reipublicae damnum atque dedecus gliscunt, et quo certius denique est, in causis politiae non esse publici saporis dogma illud Stoicorum, *τὸν τὸς αὐτοτηταῖς εἶαι, omnia delicta esse paria* b). At et extororum inobedientia, quae limites pretii legalis transgreduntur, vindicanda quidem erit, sed non nisi ciuili, licet paulo severiori, poena. Nescio enim, an nullum negotium plus severitatis exigat, atque caussae politiae, et speciatim rerum pretia. Nullibi enim homines magis nisi in vetitum videbis, quam in eo negotiorum genere, quo spes lucri facundi certissima mortales quasi ad delinquendum inuitat, vt saepe saepius exclamare possimus

*Auri sacra fames, quo non mortalia cogis  
Pectora.*

## CAPVT TERTIVM

## DE NVMMIS EORVMQVE PRETIO LEGALI.

### §. XIV.

#### PECVNIA DESCRIPTIVR.

Quandoquidem natura sic comparatum sit, vt ea,

a) Constit. Crim. Carol. A. 113, b) Vid. CICER. *Paradoxa*,  
ibique KRESSIVS in Comment. ad III. Diog. Laert. VII. no,  
cund, Art. p. 327.

quae specie praestant, impensis expertant animi mortaliū: sane taedium ex ieiuna doctrina superiori capite proposita acceptum argumento amoeniori discutere vide-  
mur exploraturi iam legale nummorum pretium. Enco-  
mia vero pecuniae in limine forsan expectas, quod ocu-  
los eo splendore, et dulcedine ea aures impletat, vt

*Et genus et formam regina pecunia donet,  
Et bene nummatum decoret suadela venusque.*

Forsitan vero et calumnias scire aves, quibus proscin-  
dunt nummos, quod venis auri et argenti reclusis hac  
querelae subinde audiantur

*Creuerunt et opes, et opum furiosa cupido,  
Et quam possideant plurima, plura petunt,  
Quaerere ut absunt, absuntia requirere certant*

*Atque ipsae vitiis sunt alimenta vices.*

At id esset extra oleas vagari. Forsitan natales nummo-  
rum detegendos aequa ac descriptions qua vocem num-  
mus, pecunia, moneta exoptas. At iam alii in hoc  
campo desudarunt, nobis otium hac in re facientes a).  
Potius igitur ante omnia ordinis legem abs me exigere  
putauerim, vt declarem, quid monetae nomine veniat.  
Moneta autem, vt ego quidem arbitror, dicenda erit ma-  
teria ab illo, qui iure eam cedendi et approbandi gaudet,  
percussa & probata, s. signata, vt eminens aliarum rerum  
esset pretium, seu vt eius ope omnium rerum compensatio  
fieri posset.

### §.XV.

a) De *Etymologia* vocis mo-  
netae consulas praeter Ioh vos-  
sivm in *Etym.* voce *Moneta,*  
*SCHVZIVM.* Vol. I. Iur. publ.  
Exerc. IV. Tb. 20. HENR. BO-  
CERVUM de regalibus c. II. n.  
224. PFEFFING. Vitriar. ill.  
L. III. Tit. IV. §. 4. n. b) p.m.  
452. derivationem vocis num-  
morum haud ita pridem solide

dedit ill. AYRER in Progr. de  
emend. legali rei monetariae in  
Germ. perturbatissimae §. I. de  
natiua significatione vocis Müntz  
V. L. a SECKENDORFF im Teut-  
schen Fürstenstaat P. III. C. III.  
Seçt. II. §. I. De origine autem  
pecuniarum ad eas Gundlingiana  
P. XXXI. C. III.

DE NUMMORVM ET RERVM PRETIO LEGALI. XXXIII

§. XV.

ARGVM. EIVSD. CONTINVATIO.

Fallor vero, aut signa demum constituerem monetam, est statuendum, nec aliud in finem nummos signari legislatorum charagmate, quam ut non minus detegerent eos, quorum nomine moneta euditur, atque simul indicarent, quoniam pretium nummi in commercio sortiri debeant. Eras igitur, si cum ZIEGLERO a) contendis, characterem spectare tantum ad accidentalem normam. Quae omnia vero non eius esse indolis, ipse, et vel me non monente, intelliges, vt vniuersalem quandam pecuniae receptionem reddere possint, ni et is, qui nummos suo nomine eudi iubet, iure quodam suo id fecisset. Hoc ipsum vero ius mortales non heri demum aut nudius tertius non nisi in imperantes solum contrulerunt, quia I) probatissimae fidei esse, II) se et III) alios obligandi potestate gaudere amplissima, ac IV) tanto peculio praediti esse censi debent, quantum danno depravata pecunia illato resarcendo sufficeret b). At et eas attulisse iuuabit causas, quas dedit b. CONRINGIVS c), quem primum aegrotanti iurisprudentiae medicas admouisse manus, laetamur. Eo redeunt, quod I) ad summae potestatis curam pertineat, et quantum fieri possit, ciues feliciter vivant: quod III) eiusdem potestatis sit, videre, vt ciues per commercia sibi queant comparare, quibus opus est ad vitam; id quod autem fieret beneficio nummorum, siquidem illi se recte habeant: quod III) eiusdem officium sit, vt iustitia administretur, et fraudes elimentur ut in omni re, ita praeprimis et nummaria. At plures superesse et alias causas

a) in Lib. de iur. maiest. L. I. Münzreisen.

C. XLIX. §. XXIX.

b) IO. KOEHLERI Praef. orudita ad ANONYMI gründl. Nachricht von dem teutschchen

c) in diss. de re nummaria in

quaüs rep. recte instituenda. Legitur in cit. oper. pag. 731.

E

OMMVI 50

## XXXIV EXERCITATIO ACADEMICA

caussas non contemnendas vides, quam ut his ipsis caussis tota res absolui possit.

### §. XVI.

#### IUS CIRCA REM MONETARIAM DIVERSA RATIONE EXERCETVR.

Quae ipsae vero nobis aperiunt viam, ut paulo curationi diligentia genuinam huius iuris naturam considerare possimus. Sicuti vero *ius circa rem monetariam* modis diuersis potest exerceri a): ita etiam idem illud in variis abire species, in confessio est apud omnes. Harum vnamquamque ab altera posse discerni, et vel inveteratae consuetudinis obseruantia docet. Nam ius summum ac vniuersum circa rem monetariam suo ambitu quatuor praecipuas iurium subordinatorum species inuoluere experientia, rerum magistra, habemus compertum. Huc spectat A) *ius approbandi nummos*, siue quod eodem redit, *monetae valorem definiendi*; B) *ius concedendi varias horum iurium subordinatorum species*; C) *ius cuendandi nummos*, quod mox sine ullis quibusdam, mox cum certis terminis ac limitibus circumscriptum, puta, respectu vel ad certas metalli, ponderis, monetae species, vel ad ipsas numeri, temporis, loci conditiones habitu transferitur, iam etiam dominio minus pleno, iam vero sub locationis conductionis lege aliis relinqui solet. D) *ius exequendi leges de re nummaria datas*. Id quod ipsum ius non raro inferioribus, imo et ciuitatum magistratibus seu caussa politiae committitur.

### §. XVII.

#### IUS CIRCA REM MONETARIAM IN IMP. ROM. GERM. DELINEATVR.

Limites huius dissertationis propositos transgredi forsitan huius §phi intuitu videbimur. At alia cogitatio

a) Vid. Illustriss. COMES DE mon. in Imp. R. G. Cap. I. §. V.  
BUNAV diff. de iure circa rem fq.

## DE NVMMORVM ET RERVM PRETIO LEGALI. XXXV

tio mentem subit, si animo perpendas, quod, prout ex dein dicendis paretur, pretium pecuniae non modo ab *interna eius bonitate*, sed et ab *externa quoque eius valuatione aestimandum* sit; nec minus e re est, si sciamus, *quinam internum pecuniae pretium in ipsis cwendis nummis et externum, ope legum valuatoriarum in Imp. R. G.*, ad communis patriae salutem dirigere atque determinare possint. Quare ius circa rem monetariam penicillo licet leui adumbrasse iuuabit; atque in hunc finem tabelarum modum eligam. Notes ergo

I. *Vniuersum iuris circa rem monetariam complexum*,  
cum omnibus suis speciebus, quas praecedenti §.  
recensuimus, in *Imp. R. G.* penes neminem absolute  
residere: sed

II. *species illas iuris huius varie inter Imperatorem et*  
*Status esse dispartitas*, adeo ut de

A) *Imperatore affirmandum sit*, eum quidem per totum *Imperium R. G.* gaudere

1) *iure adprobandi s. valuandi pecuniam a)*, at

(a) *nec absolute*; nam statuum consensus ut accedat, opus est b):

(b) *nec solum*; namque ius hoc et statibus intra suos territorii limites competit c).

2) *iure concedendi d)*

(a) *ius valuandae } monetae*  
(b) *et cwendae } E 2*

(c) *nec*

a) *Conf. Rec. Imp. de ann. 1576.*  
§. 117. add. *MYLER ab EHREN-*  
*BACH de Princ. et Stat. Imp.*  
*Rom. Germ. P. II. Cap. 71. §. 2.*

b) Id eluet tam ex omnibus  
*Rec. Imp. de re monetaria dispositi-*  
*nentibus*, quam ex ipsa *Imp.*  
*Rom. Germ. forma*. Euolua*s*  
*Ord. FERDIN.* I. de A. 1559. §.

158. sqq. *Capit. Nouiss.* Art. IX.  
§. 1.

c) *Vid. not. q--bb.)*

d) *Euolua*s* LIMNAEI Comm.*  
*ad A. B. Cap. X. §. 1. Obs. I. p.*  
363. *PFEFFINGERI Vitriari-*  
*um illust.* Lib. III. Tit. IV. §. 4.  
*not. d. DE SECKENDORFF* I.c.  
P. III. Cap. III. Sect. 2. §. 2.

XXXVI EXERCITATIO ACADEMICA

- (c) nec non *ius exequendi leges monetarias, non quidem absolute e) sed solus supremo iure f).*
- 3) *jure custodiendi monetam, et quidem omnes pecuniae species; at in quantum se LL. I. conformare debet g), itidem nec absolute h), nec solum quum et status fere omnes idem ius habeant i),*
- 4) *jure exequendi LL. Imp. monetariask), et quidem*
  - (a) *ordinarie per directores circulorum l),*
  - (b) *extraordinarie etiam per alios status m)*
- B) *de Rege romanorum eadem sunt dicenda, quae de Imperatore hucusque diximus, nisi quod ille iura isthaec mortuo solummodo vel absente, vel impedito Imperatore possit exercere n).*
- C) *Vicarius Imp. R. G.* Quantam tempore interregni circa singulas iuris monetarii species habent auctoritatem, non adeo est expeditum o).
- D) *Statibus.* Et quidem eis
  - 1) *collective summis sine Imperatore neutrum, cum eo autem, omnia ista iura competitunt p),*
  - 2) *sigillatim sumti quidam plures, alii pauciores iuris*

e) *Capit. Nouiss. Art. IX. §. 6.*

f) *Rec. Imp. Ratisb. de An.*

1576. §. 117. Add. ill. IOACH. ERN.  
DE BEVST *Sciograph. Iur. Mon.*  
in S. I. R. G. C. IV. §. 4.

g) *Vid. DE BEVST l.c. Cap. VI. §. 15.* Auctoresques ibid. adductos.

h) *Rec. Imp. Spir. de an. 1570.*  
§. 132.

i) *Conf. not. t) sqq.*

j) *Capitul. Nov. Art. IX. §. 2.*

k) *Vid. ESTOR in cit. diff. §. 25. DE BEVST l.c. Cap. V. §. 7.*

m) *IDEM l.c. §. 8. et Cap. VI.*

§. 11.

n) *COM. DE BVNAV l. c.*

Cap. III. §. 3. *DE BEVST l. c.*

Cap. V. §. 4.

o) *Vid. LIMNAEVUM ad Cap.*

*IMP. MATHIAE Art. XXXIV.*

*de BVNAV l. c. §. 4. de BEVST*

*Cap. V. §. 5. HANFFMANNVM in*

*disp. de re monetar. (quae Tom.*

*II. Disp. Basileens. inserta est)*

*ib. 6.*

p) *Ex thesis modo adductis*

*id sequi, opinor.*

## DE NVMMORVM ET RĒRVM PRETIO LEGALI. XXXVII

*iuris circa rem monetariam species et diuer-*  
*simode sibi adserunt; nam*  
a) *omnes gaudent intra suos territorii limites*  
    1) *iure valuandae, monetae restricto tamen*  
        *ad normam monetariam imperii vniuer-*  
        *salem q).*  
    2) *iure exequendi LL. monetarias, tam*  
        *a) vniuersales totius Imperii, quam*  
        *b) particulares 1) circulorum, et 2) pro-*  
            *prias, et quidem vi superioritatis ter-*  
            *ritorialis r).*  
b) *plurimi etiam gaudent iure custodiae mone-*  
    *tiae, et quidem non tam ut status aut domini*  
    *territoriales, s) sed quatenus hoc ius speciali*  
    *privilegio caesareo impetrarunt, aut praescri-*  
    *ptione ab Imperatore agnita atque confirmata*  
    *obtinuerunt t).* Sic ius hoc competit  
    1) *Electoribus omnibus, et quidem per omnes*  
        *metallorum species u).*

E 3

2) *Prin-*

q) *Rec. Imp. Ratisb. de an. feud. voce Münzgerechtsame.*  
1594. §. 104.

r) *Speciat enim ad legislatio-*  
*niam Ordin. Imp. potestatem, et*  
*analogam ipsorum suis in terri-*  
*toriis maiestatem.*

s) *Vid. Ordin. Monet. FERDI-*  
*NANDI I. §. 178. Rec. Imp. de*  
*an. 1570. Non pauci fecerunt sen-*  
*tiunt, inter quos nomen profi-*  
*retur suum Conf. IOH. PHIL.*  
*CARRACH, cuius scripta ad-*  
*duxit ILL. HAEBERLIN I. c.*  
*in allegat. sub n. ff. p. 366. Iun-*  
*gas Repertorium zur. publ. et*

t) *vid. PEFFINGERI Vitr. ill.*  
l. c. p. m. 480. *KVLPIΣIVM*  
*ad Monzambani. P. II. Cap. V.*  
§. 27. p. 186. *de BEVST l. c.*  
Cap. VI. §. 6. ill. *PVTTERVM*  
l. c. §. 580.

u) *Conf. Aur. Bullam Cap. X.*  
§. 1. sq. *Addit. Perill. et Excell.*  
*Cancell. DE PRAVN, Musarum,*  
*his in terris Statoris magni,*  
*gründl. Nachricht vom teutschen*  
*Münzwesen älterer und neuerer*  
*Zeiten C. IV. S. I. p. 95.*

XXXVIII EXERCITATIO ACADEMICA

- 2) *Principibus vix non omnibus* quibusdam sub nullis singularibus aliquibus  
 a) *Ecclesiasticis fere omnibus* sub certis limitationibus speciei nummorum, temporis, loci aut aliarum conditionum x).
- b) *Saecularibus quam plurimis*
- 3) *Abbatibus quibusdam*
- 4) *Comitibus nec nullis*
- 5) *Ciuitatibus non paucis*
- c) *pauci ex immediatis extra Statuum ordinem iure cuendii monetam in Imp. R. G. gaudent y.*
- d) *nulli vero Statuum ius praefatas iuris monetarii species* 1) in alias status, 2) vel in immediatos, vel 3) denique in mediatis fine praescitu Imp. transferendi z) competere, in regula dicendum erit, vt hi illud summo quasi atque proprio iure dein exercere queant: tametis enim exempla quaedam contraria aa) facile forent inuenienda, ea vero tam pauca atque extraordinaria esse constat, vt tantum ab sit, vt regulam modo traditam ea propter corrigamus, vt eam potius quouis modo subsistere posse credamus bb).
- e) *Mediatis Imp. R. G. ciuibus, atque ciuitatibus in regula nullam, praememoratarum iuris circa rem monetariam specierum in regula* com.
- x) *Huc spectant illi, quorum territoria auri argenteique mineralis sunt instructa. Conf. de BEVST I. c. C. VI. §. 2. et 3. p. 121. 122. 123. et 124,* y) *de BEVST I. c.* 132.
- z) *R. I. Augst. de a. 1551. Edict. FERDIN. I. de an. 1559. §. 175-177. R. I. Spir. de a. 1570. §.* aa) *Horum haud infimum est illud inclusi illius in nostra Academia iur. ant. B. EICHEL, cui a Domino ac Duce suo Serenissimo ad annos quodam ius cuendii nummos, Matiers dici solitos, concessit.*
- bb) *vid. de BEVST I. c. C. V. §. 3. ad fin. p. 94.*

DE NUMMORVM ET RERV M PRETIO LEGALI. XXXIX

competere constat. Exempla in contrarium proferenda cc) non tantum non obstant, sed iuxta vulgatam quoque istam ICtorum regulam, quod exceptio firmet regulam in casibus non exceptis, thesin meam potius nouo quodam robore confirmant.

§. XVIII.

RATIONES, OB QVAS METALLIS PRETIVM EMINENS  
IMPOSITVM.

Vix vero aliam ob causam inuentum esse, diximus, numorum usum, nisi ob hanc, ut pecuniae beneficio aequa subueniretur permutationum difficultatibus, ac ut et nummi essent instar sponorum fidei publicae, quibus nobis veluti cauetur, futurum esse, ut, si aliquando incideret indigentia, permutation fieri queat. Non vero quamlibet materiam huic fini inseruire, sed et in ea peculiares insuper desiderari qualitates, nec infimae fortis homines, quamuis res optimas saepe ignorent, fugere potest. *Finem enim nummorum vel pretii eminentis exigere, grauiter pronunciauit HEINECCIVS a) vt materia nec nimis rara, nec vulgo obvia, nec usu destituta, nec difficulter in quasvis partes diffisiiles, nec iusto fragilior, nec quae difficilis custodiri, vel aegre in quemvis locum transferri potest, eligeretur: quia si rara nimis, non sufficeret hominibus: si vulgo obvia, nullius pretii esset: si pretio destitueretur, non recipieretur ab omnibus: si non in quasvis partes aequales diuidi posset, non obtineretur aequalitas in commercio: si fragilior esset, vel usu detereretur, possessores paulatim redderentur pauperiores: denique si nec commode custodiretur, et difficulter in quemvis locum transferretur, idem maneret incommodum, quod commercia ante inuentum nummum difficultiora reddi-*

disse

cc) IDEM C. VI. §. 9. p. 134. TESQVIOV dans l' *Esprit des Loix*

a) In *Lure Nat.* L. I. Cap. XII. L. XXII. Cap. II,

§. 344. Adde ligaciflum MON-

XL EXERCITATIO ACADEMICA

*disse diximus.* Haec requisita in nulla alia re ac in metallis inueniri, in confessu est apud omnes. Inde vides rationem, ob quam maiores nostri metalla *pretii eminentis* dignitate condecorarunt, et ob quam nobiliora ex illis, puta aurum, argentum imo et aes elegerunt, ut in iis ordinariam nummorum materiam confituerent. At obiicere te video, *pretium* nummorum ab impositione hominum pendere, ac proin non defuisse olim integras gentes, quae rebus etiam vilissimi huiusmodi *pretium* attribuerunt b). Quam obiectionem parum curo. Largimur quidem, chartam, corium, conchas, similesue materias, signo publico notatas in calamitate publica pecuniae vice fungi c). At extra rem publicam aut calamitatem rebus istis in quoquis triuio obuiis *pretium* aliquod eminentis attribuet nemo cordatus, qui constantem et perpetuam suum cuique tribuendi voluntatem non tam verbis, quam ipsis potius rerum argumentis demonstrare studet.

§. XIX.

DIVERSAE PRETII SPECIES IN PECVNIA.

Nec est, quod sufficere existimes, quaenam materia conficiendas pecuniae electa sit, aut a quibusnam signata comparere debeat, ut *vsum praestaret in commerciis.* Etenim diuersa nummorum materia, diuersa eorum forma, diuersa tandem relatio et ad exterorum pecuniam, et ad ipsas res desiderat, ut secernamus probe, qualem relationem, s. proportionem ipsa rei indoles

b) Ita apud eos populos, qui litora Africæ incolunt, quoddam genus concharum candidissimarum et nitissimarum, praeter metallas monetas loco habetur, de quo plura tradit s A V A R Y dans le Dictionnaire universel de commerce article Cauris et Monnois

T. I. p. 768. T. II. p. 1430. edit. Parif. Adde HEINECCI diff. de reduct. monetae ad iustum pretium §. 22.

c) Conf. Ren. BVDELINVS de re numm. L. I. C. I. n. 27-31. ZIEGLERVS. L. C. L. Cap. XLI. §. 17.

DE NVMMORVM ET RERV M PRETIO LEGALI. XL

les determinet. Diuersae enim istae relationes constituant id, quod *preium pecuniae* dicere solemus, modo excipias postremam illam, puta, relationem *pecuniae ad ipsas res*, quippe quam curatius rerum *preium in specie* appellataueris. Quae quum ita sint: quid mirum, si aliam proportionem relativam deprehendas.

I) inter nummos diuersi metalli, et hinc eas distingua in

- a) aureos
- b) argenteos
- c) aeneos;

II) inter pecuniam eiusdem quidem metalli, sed diuersi valoris tam externi, quam interioris, quo respectu distinguere pecuniam solemus in

- a) grauiorem et leuiorem bonitate
- b) leuiorem aut grauiorem pondere;

III) inter pecuniam eiusdem metalli aequa ac nominis, sed

- a) prouincialem, et
- b) exteram;

IV) inter pecuniam et res. Haec ipsa vero relatio ex obseruatione modo allata *rerum preium* vocari deberet, licet caeteroquin infiniti non possumus, quod hoc intuitu pecunia possit considerari

- a) vel in vniuersum ad quasvis res pecunia aucti-mandas; de quo nobis sermo erit Cap. IV.
- b) vel speciatim ad metallia nondum signata, e quibus conflatur pecunia.

§. XX.

DE PRIMA SPECIE PREII IN PECVNIA.

Si in villa vñquam re:certe in eo suminam deprehendes eruditorum altercationem, si quaeras, quamnam relationem *pecunia aurea* habeat erga *argenteam*, et haec erga *aeneam*? licet caeterum omnes quidem, quos consulere licuit, scriptores rei nummariae exoptent, vt et vel tandem omnes peraeque gentes vnam modo eandemque relationem inter memoratas metallorum species admitterent; imo licet

F

licet

XLII EXERCITATIO ACADEMICA

licet primum tribuant locum auro, quod vere de eo esse  
cinisset Poeta:

*Clara quidem profert Phoebus lumina fulgor,  
Purius est aurum, splendidius micat;*

Argento autem assignent alterum locum, ac in tertio po-  
nant aes. Ita enim non pauci doctrina hac ipsa versati  
afferunt, quod proportio auri erga argentum in terris  
Europaeis nunquam infra X. differentiae gradum  
descendere debeat, nec ea, quae inter aes et argentum  
intercedit, proportio unquam XX. differentiae gradum  
superigressa sit, modo excipias ea tempora, quibus alte-  
rutm metallo mox frequentius, mox rarius reperi-  
tur; quippe rarissimum immensum, vulgo obuiis modicum  
pretium itatuerre soler hominum cupido,

*Sicuti quam primitus sicos propalam recentes.*

*Protulit, et prelio ingenti dat primum paucas.*

vt ait apud NONIUM a) LVCILIVS. Iam vero quosdam  
dicere, audis, istam relationis proportionem nec legi-  
bus definiri posse, nec pro hodierna commerciorum in-  
dole vsum habere b); iam alios fecus sentire, vides,  
eosdemque statuere, eiusque generis normam legibus esse  
definiendam c); tametsi nec in modo conueniant, nec in  
norma, quae obseruanda in tali determinatione ab ipsis  
praescribitur. Lubentes quidem illorum sententiae ac-  
cederemus, modo non solutiones tributorum aliorumque  
onerum publicorum fisco. Principum aerario, curiae  
redituum feodalium et emphyteuticorum; modo non sal-  
aria insuper, pensiones annuae, aliaeque res in commer-  
cium stricte sic dictum non venientes; modo non fortis  
tandem et vsuare, curiae censu bonorum, praefecturis,  
aut conclavi illi illustri, quod vulgo camera vocatur, in-  
ferenda intercederent et desiderarent regulam determi-

a) de propri. verb. C. II.

b) Vid. Hamov. gel. Anzeigen

c) Horum agmen ducere videtur

## DE NVMMORVM ET RERV M PRETIO LEGALI. XLIII

nantem, qua proportione solutiones auro et argento praestandae fieri et accipi tam possint, quam debeant. Co-gita enim, deesse talem regulam; nil sane reliqui erit, quam vt, in casibus modo memoratis, solutiones omnes in vnica modo metallorum specie praefarentur. Num vero nulla inde incommoda sequi principem, curias reddituum publicorum, priuatos, imo et subinde rem pu-blicam ipsam, crederes? Abfir, qui egomet id puta-rem. Nouem Musas, Praefidemque Mineruam, ira-tas mihi metuerem, nisi meditationem, quae animum Perilluistr. L. B. de BIELEFELD circa hanc rem subiit, tecum, Lector, communicarem d). Infis auëtor pru-dentiae ciuilis laude inclutus: *au reſte, le grande point dans tout le Monnoyage confiste à établir une exacte pro-por-tion entre l'or et l'argent pour la valeur qu'on accorde à chacun de ces Metaux: car si cette proportion n'est pas calculée et toujours soutenuë avec la dernière exactitude, les Nations étrangères nous enleuent tantôt tout notre Or, et tantot tout notre Argent, et toujours a notre désavantage, selon que nous aurons prisé l'un de ses Metaux trop bas, ou trop haut.* Vereor, ne quis hunc ipsum, quem ad-mittit de BIELEFELD, effectum e tali determinatione non esse expectandum dicat, scrupulumque hinc ingerat, qui, ne torqueat progredientes, eximendus erit. Lar-gimur, personis Mercurio litantibus nec media deesse, nec occasionem, qui citra legem quandam auro et ar-gento e prouincis exportando praecaeuant. Eccur vero nulli contenderemus, multo melius esse, si res tanti mo-menti non tam priuatorum arbitrio decidenda relinqua-

F 2 tur,  
d) Huic vero sententiae pa-trocinatur illustriss. L. B. DE BIELEFELD in *Institutions Politiques T. I. Ch. XIV. §. 17.* ia  
opere, quod Musae facile suum agnoscunt.

dentur ill. de IVSTI in der Samm-lung von Politischen und Finanz-Schriften II. B. II. Th. letzten St. entdeckte Vrsachen des verderb-ten Mynzw. in Deutschl. et Au-tor anonymous der Anmerckungen über diese entdeckten Vrsachen.

**XLIV** EXERCITATIO ACADEMICA

tur, quam potius beneplacito Principis deliberationes ea propter cum Consiliariis commerciorum aut metallifodinarum instituentis? Ecur ambigeremus, nouum negotiatorum mediis accedere robur, si ipse legislator, iustam statuens inter metalla relationem, nimiam auri argenteue exportationem e prouinciis impeditat? Ni vero fallit animus, est statuendum, legislatorem, nec sibi, nec commercio inferre praeiudicium, si in definienda proportione inter metalla ad nummos cuendos adhibenda attendat

I) ad commercium ipsum et ad copiam cuiusuis metalli speciei in illo circumcurrentis,

II) ad proportionem, quam in auro erga argentum admittunt eae gentes, quae cum nostris mercatoribns alunt commercia. At non nisi alterum, in iusta metallorum proportione definita, punctum desiderari video ab ill. DE IV STI e), qui alias

*veri speciem dignoscere calleat,*

*Ne qua sub aerato mendosum tinniat auro.*

Quid enim? si exterorum norma eum indeole suorum commerciorum quidem conueniat, nostrae autem negotiations aliam exigant. Quid? si, quod idem grauis auctor vult, omnes Europae gentes, vna ab altera, talis normae determinationem expectant? Fallor, aut qui quis populus sibi ipse propiscere, imo inter tot gentes vna omnium prima esse debet, quae in quadam lege proportionem inter metalla suis subditis indicet. At te instare iam video, vix fieri posse, ut legislator sciat, an maior argenti? an auri copia vel intret rem publicam, vel exeat ex ea? Hinc, ita ratiocinari pergunt fecus sentientes, inane quid suscipi, si e principio tam lubrico normam proportionis inter nummos aureos et argenteos deducere quis vellet. At me dissentientem non habebis, si notitiam accuratam desideras, an et quanto maior sit auri argenteue copia in com-

e) loco cit.

DE NUMMORVM ET RERVM PRETIO LEGALI. XLV

commerciis adhiberi solita. At quum haec vel circa circiter modo nouisse iuuat: expedit, respicere solum ad fontes, e quibus aurum et argentum intrant quandam rempublicam. Non a vero aberrabimus, si tanquam duo praecipuos fontes consideramus.

A) tam metallifodinas, quam

B) commercia cum exteris lucrativa, i. e. si res publica quaedam multo plures merces mittit ad exteris, quam ab his accipit, huique adeo residuum in pecunia nobis soluere tenentur.

Sane si tales fontes, aut etiam vnum alterumue in republica quadam detegas; si insuper attendas, quantum auri et argenti annuatim veniat in rempublicam; si tandem videas, qua ratione tale lucrum se habeat ad proportionem auri et argenti cum exteris: tunc sane dubio caret, futurum esse, vt illico eluceat non modo proportio, quae inter ista metalla statui possit. Sed ne respublika, nec Camera Principis, nec ipsa commercia damni quid sentiant e hisusmodi proportionis determinatione: certe cum iudicio exquirendae sunt regulae, quas ipsa rei indoles exigere videtur. Eo redeunt.

§. XXI.

EIVSDEM ARGVMENTI CONTINVATIO.

I) Ut quaedam res publica, e suis metallifodinis aurum et argentum acquires, tantum plerumque vnius metalli ad alterum statuat proportionis discrimen, quantum ipse horum metallorum apparatus suppeditat, ita quidem, ut ei metallo semper maius nonnihil, erga alterum, attribuat pretium, ex quo amplioris lucri adparet occasio. Quod ipsum vero, quum non in vtraque metallorum specie fieri poterit; hinc in auro, tanquam metalli specie paulo cariori, et in quo maior lucri spes affulget, maius est erga argentum statuendum pretii discrimen. Etiam si forte nullum fere, aut leue modo in quantitate

XLVI EXERCITATIO ACADEMICA

auri erga argentum discrimen deprehendas ratione acquisitionis e metallifodinis aut etiam commerciis; eo maior tamen inter utramque metalli speciem erit decernenda proportio, quo certius est, in auro, tanquam rariori, et multum pretiosiori metallo semper maiorem inueniri ansam, lucrum inde admodum magnum capessendi. At si in villa vnguam re, adhibendus certe hic

*Est modus in rebus, sunt certi denique fines,*

*Quos ultra citraque nequit confinere rectum.*

Si enim nimis esset lucri cupido, et exteri proin ob auri nostri *preium* nimis magnum cogerentur a nostro abstinerre auro: neminem sane cordatum fore, iudicamus, qui non fateatur, *proportionem auri erga argentum* numquam sine grauissima quadam ratione adscendere debere ultra eam proportionis normam ab exteis receptam, quae inter eos summa esse solet.

II) Si venae metallifodinarum in regno inueniantur, et commercia lucrativa simul exerceantur; sane regula modo suppeditata confirmanda erit. Hinc, ni fallit animus, eo maius in auro proportionis ab argento discrimen est admittendum; quo certius est, fore, ut exterae nationes tum maxime adeant oras nostras reuersurae nostris mercibus beatae, si illam pecuniae speciem pro rebus sibi necessariis maximo pretio permutare poterunt, quae et facile ex una in alteram transuehit prouinciam, et alias extraneorum commerciis destinari consuevit. Id ipsum vero suadere, putarem, quo minus recedamus a proportione apud exteros obseruata. At ne putes velim, regulam ipsam in quibusuis regnis et prouincias locum inuenire. Nam si in quadam republica homines non tam magnum mercibus quaestum facerent; sane non nisi summo sui ipsius detimento exteras gentes per auctam auri ad argentum proportionem ad commercium secum inendum alliceret. Quare nullam inde caperet utilitatem, aut ad summum exteros adigeret, pecuniam modo erga pecu-

DE NVMMORVM ET RERVVM PRETIO LEGALI. XLVII

pecuniam permutare, suasque ditiones auro replere,  
argento autem euacuare.

§. XXII.

VLTTERIOR EIVSD. ARGVMENTI CONTINVATI.

III) At vbi viget commercium vel mere onerosum  
vel permutatiuum: ibi aegre ab illo auri ad argentum  
relationis discriminem recedimus, quod apud illas potissimum  
gentes obseruari confueuit, quibuscum maxima  
alimus commercia. Id eo magis tunc obtinebit, si talis  
respublica aut multas habet metallifodinas, aut ex  
harum venis minorem modo percipit auri et argenti co-  
piam, ac extraneo internoue commercio sufficeret.

IV) Putarem, et aes ad argentum suam determina-  
tam habere debere relationis proportionem; quippe eae-  
dem plane rationes, vt id afferamus, nos commouent,  
quae efficiunt, vt determinatio auri ad argentum adsit.  
Id quod vero tunc paeprimis obtinet, si res publica  
numimos suos minutiores ex aere cudentos curat.

V) At illae ipsae regulae suadent, vt statuamus,  
quod, 1) *si gentes exteræ non aequalem* inter se agnoscant  
*relationem proportionis* auri ad argentum, et huius ad eas,  
et vna talem admittat proportionem inter praememorata  
metalla, qualem altera fortasse respuit: tunc ratio  
boni publici, mea quidem ex opinione, suadet, vt in  
casu I. et II. regulæ eam gentium exterarum normam  
recipiamus, que *maxima* est. 2) *Minima* vero tunc erit  
arripienda, si quando metallifodinarum venæ argentum  
modo praebeant, nec magnum sed permutatiuum modo  
cum exteris alunt commercium, nec tanta adsit mercium  
copia, vt multo maiori mitti e re publica, quam accipi  
possint. 3) Tandem vero, si commerciorum indoles et  
massæ pecuniariae quantitas adeo sit incerta, vt nefsciamus,  
num auro? an argento? an aere magis egeamus?  
tutissimum esse, putarem, inter plures normas a genti-  
bus

## XLVIII. EXERCITATIO ACADEMICA

bus assumentas eam assumere, quae nec maxima, nec minima esse deprehenditur.

VI) Non opus esse, statuimus, ut vel de omnium gentium v. c. Europearum, vel illarum normis simus folliciti, quae longissime a nobis distant, nec ullo limitum aut commercii vinculo nobiscum iunctae sunt, aut non nisi parvam terrae partem incolunt, aut quarum fati fatis gentium maiorum dependent. Fallor enim, vel

- α) gentes maiores minoribus
- β) illarum eas, quae nobiscum commercia tradant,
- γ) et inter has, nobis proxime adiacentes, remotoribus esse preferendas, earumque normas imitandas a).

## §. XXIII.

### SECUNDA PECVNIAE PRETII SPECIES.

Alterum pecuniae pretium in relatione unius monetae ad alteram eiusdem metalli, sed diuersi valoris tam externi, quam interni me posuisse, memini. Nosse hinc iuuat, valorem monetae internum et externum a) A) in puritate metalli, e quo moneta confici consuevit, et B) in grauitate ponderis confistere, vtrumque vero vel per ipsam I) formam, quae A) figura, B) magnitudo, C) Imagine et Inscriptionibus, D) Signis abfoluitur; vel II) per Leges valuatorias indicatur. Totus vero istarum Legum simul obligantium complexus Pes monetarius appellatur, et calculo admodum adcurato indicare debet metalli et nummorum quantitatem, proportionem, qua statim

a) Conf. omnino ill. ACHENWALLI Entwurf einer politischen Betrachtung über die Zunahme des Goldes, und Abnahme des Silbers in Europa, in den Hannöverischen gelehrten Anzeigen vom Jahre 1751. 17. St.

a) Aliter pretium externum et internum fecerit ill. ACHENWALL. vid. Hannöverische gelehrt Anzeigen de Ao. 1752. n. St. pag. 171. add. CONRINGII diff. de re nummaria in Operibus suis iunctim editis pag. 731.

## DE NVMMORVM ET RERV M PRETIO LEGALI. XLIX

statim vnicaique, qui monetae feriundae praeest, constare potest, quot certorum numitorum species ex marca argenti cudendae sint. Nemini incognitum esse potest, certare ICtos, si in hac re tam clara desideres regulas indubitatas, imo easdem, quae non pauca jurisprudentia argumenta vexant, altercationes et dissensus interpretum et hancce rem caligine circumfundere. Tametsi tantos mihi non sumo spiritus, ut ingenii mei debilitatem viris eruditioris gratuitate inclusit opponere vellem: meam tamen haec de re sententiam in medium produxisse, et ipsam rei naturam paulo penitus inspexisse, imo et id, quod inde fluit, tanquam normam respexisse, iuuabit, secundum quam iustus rei monetariae pes poterit constitui. Rem ita tene. Is, qui τὸ νόμον cuiusque ciuitatis tenet, sit sollicitus de pede iusto, ac speciatim de iusto pecuniae valore. Proin ad auertendas fraudes quascunque eo curam dirigat, vt

I) pondus certum lege publica praescribat, secundum quod cuius possit experiri, num moneta sibi tradita sit authentica, nec ne? Intuitu vero ponderum hic adhiberi solitorum, notes, duo eorum genera esse statuenda, puta

A) corporale pondus. Huius beneficio pecuniae gratuitas poterit aestimari. In Germania dici solet das March Gewicht, et instar normae vniuersalis assumi norma ponderum Coloniensis b).

B) Pondus imaginarium probatorum. Gradus puritatis tam in metallis, quam in specie in nummis huius ope possumus ponderare.

II) Is,

b) vid. ANON. gründl. Nachricht vom Teutsch. Mintzv. etc. et squ. Ord. mon. Ferd. I. de a. 1559. §. 2. in Corp. iur. publ. p. item PVTT ERVS in Elem. I. 232. add. BV DELIN Vm de Mon. P. Germ. L. V. C. VIII. §. 582. et re numm. L. I. Cap. 26. p. 63.

G

## EXERCITATIO ACADEMICA:

II) Is, qui iure monetas cudendi gaudet, determinet insuper, quantum ponderis in quauis monetae specie imuniri debat. Maximum vero et ipse et tota res publica sentiret detrimentum, si in hac ipsa ponderis determinatione aliam praescriberet normam atque naturalem c).

## §. XXIV.

### VLTTERIOR CONTINVATIO.

III) Nec minus annotasse, iuuabit, duo dari pedes monetarios, quorum alterum grauem adpellant, alterum leuem. Ille adest, si in omnibus monetae speciebus aut purum aurum in argenteis, aut purum argentum in argenteis, vtrumque ab omni labe purum adhibetur, aut etiam si alia metalli species iam innata quasi metallis retinetur, aut primum quidem admiscetur, licet non nisi in leuiori quantitate. Hunc vero vocamus, quando auro argenteoue alia metalli species accedit in maiori quantitate. Quam mixturam ligaturae nomine venire, tralatitium est. Putarem vero, nec hic inter nummos maiores et minutiore ea propter admittendum esse discrimen, ita, vt in his non tam accuratam atque in illis proportionem esse adhibendam crederes. Periculum namque est, vt ne alias respublica eam subeat iacturam, quae summa est. Fingas enim, legoslatorem iussisse, vt 12. thaleri argenti puri continere debeat 7. vncias (quarum vnaquaque valet 36. grana), sane aegre se habet illa v. c.  $\frac{1}{3}$ , thaleri ad vnum, aut etiam ad 12. Th. proportio, si plus minusue quam 21. grana argenti puri contineat. Quid mirum igitur, si et ipse ill. de 1VSTI nummos maiores a minoribus distinguens absque censura intelligentium dimissus non

c) Conf. de BIELEFELD T. ten Vrsachen des verderbten  
I. Ch. XIV. item ANONYMI Münzweßens etc.  
Amerckungen über die entdeckt-

DE NVMMORVM ET RERV M PRETIO LEGALI. LI

non sit a). Exploratum insuper est, non paucis b), in  
G 2 quos

a) A cit. ANONYMO in *Anmerkungen über die entdeckten Ursachen etc.* Mirum non est, Germaniam nummis minutioribus, quasi diluvio pestifero inundari nostra actae, de qua ferre idem adfirmare possumus, quod de suo aeno conquectus est CICERO de offic. L. III. Cap. XX., iactatur sc. nummus, ita, ut nemo sciat, quid habeat. Littere enim graueri iubeant Edict. Ferdin. §. II. et 32. fqq. ac Ord. prob. §. 10., vt non plus minutioris monetae, vulgo Landmünz, cedatur, quam in quavis provincia ad usum commerciorum quotidiani opus: attamen, quum non obseruantia tantum, sed et ipsae leges imperii de re monetaria latae distinctionem inter maioris et minoris pecuniae species admittant, nec non in nummis minutioribus massam puri metalli paulo minoram adhiberi permittant; sane quinis iure monetam cedentes gaudentes alliciuntur, qui numeros minutiores maiori in copia cedentes curent, quippe sic, et ipsis imperii legibus non refragantibus, lucrum iusto maius nanciscuntur, quod nummis maioribus cuius ipsis non obueniet. Ne aenigmata nos nectere credas: rem claram quidem non tam ingenio, quam exemplo po-

tius illustrare amittimur. Fingas enim, quandam ex Ordinibus Imperii iubere, vt, obseruatim dispositionis Ferdinandae de A. 1559. gis 3. 4. 5. 6., ex suis officinis monetariis, prodeant 1.  $\frac{1}{2}$ .  $\frac{1}{6}$ .  $\frac{1}{12}$ . florenim imperiales valore interno continentis 14. lot. 16. gr. Fingas insuper, alios parum curare, cedendas nummorum eiusce generis species, eosdemque cussioni  $\frac{1}{24}$ .  $\frac{1}{30}$ .  $\frac{1}{60}$ . florenorum inhærente, quorum puritas, vigore eiusdem edicti, quod DIVO FERDINANDO I. debemus, absolui poterit, si duas priores species intuearis, 8. lot., si tertiam vero species, 6. lot. 4. gr. Crederem vero, quod non tantum Hebrei esurientes circumforaneique opinione citius maiorum nummorum species permittent vñris, sed quod etiam crassior pecunia, minutilis nummis commutata, redeat ad officinas monetarias paulo post forma minutiori induita inde reuersura. Eo firmius autem menti haec inducatur opinio, quo considero diligentius, quod scilicet per revolutionem istarum specierum maiorum minores tantum lucranciscantur; ex quanto minori massa pura minores constare poterunt, vt nihilominus pretio externo maioris nummi va-

lorent



LII EXERCITATIO ACADEMICA

quos *perill. de BIELEFELD* c) nomen profitetur, arridere modo grauissimum monetandi pedem, leuiori plane neglego; quum rursus alii rem vertant, et hunc posteriorem non modo licitum, sed et summe necessarium extollant d); alii tandem distinguenda hic esse tempora, cenant, et in copia metallorum maiori commendant integratatem, in defectu aliqualem mitionem admittunt e). Et ego tunc

lorem exaequent. Quae quum ita sint: nullus afferere dubito, quod, ob defectum proportionis in valore interno et externo inter nummos maiores ad minores, illorum iacturam aequa ac horum inundationem paulo maiorem sentiant illi Proceres Imperii, qui modo, secundum edicti Ferdinandi valorem, pecuniam maiorem cuendam iubent. Nec aliter res fieri poterit. Parum enim rebus confulerent, si maiorem pecuniam plus, i. e. 14. lot. 16. gr., argenti puri in se continentem acquirere nulli contenterent, status quibus minutos modo nummos cedere magis arridet, quum e tali moneta numeri poterunt cudi, qui nihilominus pretium pecuniae 14. lot. 16. gr. arg. puri continentis exaequabunt, licet tantum 8. lot. -- gr. vel tantum 6. lot. 4. gr. argenti puri contineant; quippe memoratum modo edictum monetarium permittit, vt, etiamsi marca pura in 1.  $\frac{1}{2}$ .  $\frac{1}{3}$ . et  $\frac{1}{4}$ . florenis tantum pro 10 fl.  $12\frac{1}{2}$  et  $13\frac{1}{4}$ . Crucig., seu 10. fl.  $12\frac{3}{4}$  Crucig.

excludatur, in  $\frac{1}{24}$ . fl. pro 10. fl. 20. Crucig., ac in  $\frac{1}{30}$ . fl. pro 10. fl. 22. Cruc., et in  $\frac{1}{60}$ . fl. pro 10. fl. 26 $\frac{2}{3}$ . Crue. excludi possunt. Ni adhibeatur iusta illa et naturalis proportio inter maiorem et minorem pecuniam: certe talis reformatio, quantumvis optabilis, qua Germania ab omni prauorium nummorum colluuius purgaretur, felici successu carebit. Confulas, praeter ANONYMVM iam adductum, et praecclare hac de re differentem, der Anmerkungen über die entdeckten Vrsachen etc. Perill. de BIELEFELD l. c.

b) Ita puritatem praeter ALB. BRVNVM de Monet. praef. I. n. 9. sgu. et GEORG. AGRICOLAM de re metall. L. II. vrget LAMPADIVS de natura numi. c) loc. cit.

d) Vid. IOH. PHIL. SLEVOG. THI diff. de rei nummi. mutat. et augment. C. II. §. 6. HEVMAN. libr. qui tit. praefert Geist der Gesetze C. XXII. §. 14.

e) Vid. IOH. CRAMERI diff. polit. de moneta Th. VI.

### DE NVMMORVM ET RERV M PRETIO LEGALI. LIII

tunc palmam tribuerem grauissimo monetandi pedi, si omnes gentes in eodem accipiendo conuenirent. Quum vero id optandum magis sit, quam sperandum; leuorem monetae pedem ceu in vniuersum receptum seruasse, iuuat. At instare iam, video, duumuiros ad iurisprudentiam politicam augendam natos *per ill.* de BIELEFELD f), et ill. de IVSTI g), eosque vrgere, probe scio, exteris gentes non plus nobis refundere, quam quantum auri et argenti puri in nostris nummis deprehenderint. Sed non est, qui tela nostrae sententiae obiecta reformidemus. Eo minus enim dubio caret, plus semper in moneta esse, quam in auro et argento, puro licet, sed nondum percusso; quo certius est, nec aurum, nec argentum in nummorum forma non adhuc redactum, quippiam emolumenti habere in commerciis, bene autem pecuniam; quam quippe eminens rerum quarumvis pretium constitueret, et qua, ceu neruo rerum gerendarum, negotiatores aequae minus carere posse, constat, ac corpus humanum neruis et artibus suis. Quare si amplius te aduersae sententiae affecitis socias: necesse erit, ut nobiscum communices probationem eo tendentem, quod scilicet exteris gentes non nisi ad internam pecuniae nostrae puritatem modo respiciant. Aut enim nostros nummos nec gratos habent, nec sibi acceptos, eosque proin plane adspernantur: aut in tantum eos accipiunt, in quantum pecuniae nostrae cum eorum nummis intercedit proportio, nulla ad sumitus habita ratione; aut eundem valorem nostrae pecuniae tribuunt, quo nosmet eam in commerciis permutamus. Si istud obtinet, puta, si exteri pecuniam nostram plane respuunt: sane eius consilium a ratione discederet, qui contendere, pecuniam nihilominus aduehendam esse ad tales gentes: quippe rebus nostris multo melius consulimus,

G 3

quam

f) 1.c. T. I. Ch. XIV. §.26. squ. II. Th. I. B. II. Abth. II. Abschn.  
g) vid. Eiusd. Staatswirthsch. 7. Hauptft. §. 210. sqq.

quam commercii conseruandi caussa modo adpendamus  
rude aurum, argentumque nondum percussum. Si ve-  
ro illud vtuntur suo iure, ergo et nos nostro vtamur.  
Nullum inde praetudicium meuendum, sed aequa ius-  
tum et laudandum erit, exterorum sagacitatem hac in  
parte imitari. Si hoc tandem eueniat: non est, vt que-  
relas mittamus. Ut enim nullus vrgeam, quod ne obulum  
de sumtibus monetariis tunc perdere cogamur: id saltim  
moneo, quod, quum omnibus Europaeis gentibus arri-  
deat leuior monetandi pes, sperandum non sit, quod  
tam facile omnes ac singulæ eum derelinquant. Inter-  
rim nec in gentium viribus erit, vt in infinitum quasi  
internum pecuniae pretium ea propter magis diminuerent,  
quo summa potestas et lucrum nancisci et acquirere si-  
mul posset sumtus in monetam cedendam adhiberi solitos.  
Quare non est, vt querelas mittant, quibus iniquum  
esse videtur, quod sumtus aequa ac lucrum ab interno  
nummorum valore detrahatur. Etenim quo maiori applau-  
sa omnes Europæ gentes leuiorem monetandi pedem  
recepérunt; eo minori cum effectu pecuniae integritas  
lucrî et sumtuum ergo minuitur. Dubio quidem caret,  
hocce remedium originetenus produxisse effectus non  
contemnendos. Cessant vero iidem nostra aetate, qua  
iisdem remediis singulæ gentes vti cooperunt. Ratio-  
nes vero, quae gentes mouere, vt leuiorem mone-  
tandi pedem adhiberent, in ipsa, tam metallorum,  
quam totius negotiï monetarii natura, sunt detegendæ.  
Sed nouam obiectionem necunt grauioris monetarum  
pedis amici, iisque nos ea propter ad se trahere student,  
quod moneta aurea sine admixtione argenti, pariter ac  
argentea sine admixto aere cudi, aurum non minus ac  
argentum, summa adhibita diligentia, ad summum us-  
que gradum purificari possit. At quum negotia res mo-  
netarias tangentia tam ampla esse soleant, vt, ob fidum  
illum negotiorum multorum comitem, puta distractio-  
nem

DE NVMMORVM ET RERVM PRETIO LEGALI. LV

nem bonitas monetae interior non semper summum puritatis gradum nanciscatur, spe nostra caderemus, dum a quadam gente grauiorem monetandi pedem adhibente puram semper monetam expectaremus, at eandem quandoque non obtinere nobis contingenteret. Verum enim vero hanc ipsam, qua pes monetandi leuior conseruari poterit, rationem in suos vius conviertat, et cum ill. de iusti h) vrgent, idem illud efficere, vt tam obstricti iureiurando Zygostatae, (quos vocant Waradeynen) quam et aliae perlonaie, quorum munera in cancellariis alias conspicuntur, multos labores subire, et instituere calculos aequae ac reductiones pretii pecuniae debeant, quae omnia cessarent, si in vniuersum numimi secundum bonitatem valoris interni purissimam cuderentur. Inde enim, ex eorum sententia, oriuntur nouem casus illi in re nummaria includi, quos ita exprimi, tralatitium est i),

- 1) Schrott und Korn gerecht,
- 2) Schrott und Korn zu gut,
- 3) Schrott und Korn zu schlecht,
- 4) Schrott zu gut, Korn gerecht,
- 5) Schrott zu schlecht, Korn gerecht,
- 6) Schrott gerecht, Korn zu gut,
- 7) Schrott gerecht, Korn zu schlecht,
- 8) Schrott zu gut, Korn zu schlecht,
- 9) Schrott zu schlecht, Korn zu gut.

Nec non remedium Inspectoribus officinarum monetae attributum. Si verum fateri licet; haec obiectio me non mouet, vt relinquam caussam semel defensam. Nam labores, qui quidem ob neglectum leuiorem monetandi pedem cessarent, alia ratione augerentur. Quid enim? an dubio caret, multo accuratiores, et reiteratis etiam vicibus instituendas tunc esse metallorum probationes, donec

h) l.c. §. 207.

squ. et de BEVST l.c. Cap.VII.

i) Meminit eorum Perill. de §. VIII. p. 169. squ.

RAVN l.c. Cap. I. §. 12. p. 19.

donec summum puritatis gradum attingerent? Quid? quod tantum abest, vt assunto grauiori monetandi pede fumatus minuerentur, vt potius creferent. Nam refusiones saepius repetitae, probationes identidem institutae ac maior carbonum copia desideratur, et, vt alia taceam, maiorem substantiae purae quantitatē ob ignem vehe-mentiorem et longiorem moram, qua massa metallorum in igne coquenda remanere debet, perdimus per fumum. Breui cerneretis nummos nostros ambulare per vniuersum terrarum orbem, et quisque exterorum optaret illud, quod Perill, L. B. de BIELEFELD nostrae irridens sententiae exclamat k): *Battez toujours vous deviendrez insen-blement les Moyonneurs de toutes les Nations.* Quae quum ita sint, nullam superesse video rationem, quae nos alliceret, leuiorem monetandi pedem fere in vniuersum re-ceptam negligere, ab eaque recedere. Caeterum maior sumtuum pars nihilo minus in Principem reliuenda redundat hodie, et lucrum e leuiori monetandi pede obueniens in tantum minuitur, in quantum exterorum pecunia valore interno nostram exaequat. Exteri enim eadem ratione ac nos se reddunt indemnes, puta per nummos cūsos, quorum valor internus nostrae pecuniae non est absimilis; suntus quippe et lucrum tamdiu ab interno monetarum valore cum effectu aliquo detrahimus, quamdiu aut adulterata nostra pecunia quoad pretium exter-nam cum aliorum nummis vel plane non, vel minori gra-du adulteratis conuenit, aut quamdiu aurum et argentum leuiori pretio, ac exteri, acquirimus, et nihilo minus ta-men nostrae pecuniae eundem valorem externum tribui-mus, quem exteri suis nummis imponunt.

### §. XXV.

#### TERTIVM PECVNIAE PRETIVM.

Este vero necesse, iam memorauimus, vt pes mo-netarius

k) l. c. §. 29.

DE NVMMORVM ET RERV M PRETIO LEGALI. LVII

netarius *normam* praescribat, qua ratione premium monetae, s. vt alii loqui amant, valor externus debeat compatri. Diuersas ideas cum denominatione ista iungunt scriptores diuersi. Alii pondus monetae sub ea intelligi volunt. Alii sub hac denominatione diuersos pecuniae respectus vel ad res, et speciatim ad metalla, e quibus conduntur, nondum percussa, vel ad alias pecuniae species comprehendunt. Quum vero de his iam non pauca protulerimus: de tertio et quarto pretio, *de pretio scilicet pecuniae prouincialis erga extraneam*, porro *de pretio seu relatione pecuniae ad aurum, argentum et aes non percussum* loqui, e re erit. Iam videamus, quid circa relationem prouincialis monetae ad extraneam obseruari debeat. Summa totius rei, meo quidem iudicio, eo reddit: I) Scilicet quo maiora commoda ex mercaturae et commerciorum flore in rempublicam redundant a); eo certius esse, opinor, vt exteri mercatores lares nostros accedere studeant, si nummos in ipsorum prouinciis cūsos adferre ipsis non licet. Cursus ergo pecuniae extraneae sisti non debet. II) Igitur quum propter commercia cum exteris fieri nequeat, vt in nostris ditionibus locum habeat sola moneta domestica: tamen et ipsa reipublicae utilitas suadet, vt non aliud pretium numinis peregrinis imponamus, quam illud, quod nostris in ea proportione valoris externi et interni tribuimus. Sapiunt hanc prudentiam leges Imperii, quae valorem nummorum extenorū ad normam legalem imperii exigendum atque in certo collocandum esse iubent b). III) Vtrunque insuper nummorum peregrinorum valorem per probations et reductiones institutas indagandum, eundem que

a) NIC. FRID. FLEISBEIN  
a Kleeberg de interesse, quod ex  
mercatura in rempubl. redundant,

b) vid. *Editt. monet.* §. 50. squ.  
et §. 145. R. I. 1566. §. 171. et 1570.  
§. 142. Rec. Dep. 1571. §. 35. Cap.  
nov. Art. IX. §. 5.

LVIII EXERCITATIO ACADEMICA

que iteratis vicibus publicandum esse in indiculis hebdomadalibus, res ipsa docet. IV) Non alia tandem quoad proportionem pecuniae extraneae diuersi metalli statuenda est norma, ac ea, quae nummos domesticos inter se discernit. Quae omnia si curate obseruantur: dubio caret, nullum amplius esse aditum foenori in permutandis nummis provincialibus pro extraneis hucusque exercito, nihilque interesse, an nostra pecunia ob maiorem beatitudinem internam et externam praeserenda sit exterorum nummis, nec ne? An insuper nummi ex auro obryzo, argenteo Ariandico c) et nunc puro cusi sint, exterorum vero pecunia admixtionem aeris inferioris redoleat?

§. XXVI.

QVARTVM PECVNIAE PRETIVM.

Sub finem, quo se vergit haec de *pretio nummorum legali tractatio*, accedamus ad IV) *pretium puta pecuniae ad metallum nondum percussa*. Omnim primum in considerationem venit, pecuniam erga pecuniam esse habendam modo instar mercis cuiusdam. Id ipsum vero, si pecuniam compares cum metallis, fallere, facile perspexerit, qui cogitat, in commerciis introduci cepisse usum pecuniae, non vero metallorum, et, illis sponsoribus fidei inculpatae, puta nummis quasuis res comparari posse, non vero metallis nondum percussis. Inde autem ceu ex prono alueo fluere videtur, quod, etiam si puro pecuniae metallo metallum minoris pretii per admixtionem accedat, pretium auri et argenti nondum percussi minime reddatur carius, id quod tamen volunt, qui leuioris monetae pedem damnant. Tametsi igitur auri argentiae venditor in pecuniae venditione non tantam metalli puri massam deuuo accipit, ac ipse vendidit in officinis monetariis a): tamen

c) Rationem huius denominationis docet *GB*, AGRICOLA de *pretio metallorum L. I.*  
a) Quod argumentum opposuit

DE NVMMORVM ET RERV M PRETIO LEGALI. LIX

cantien hac ratione plius, quam antea habuit, acquirit, quoniam nactus iam est materiam, qua et eas res iam emere possit, quas non acquisiuisset, si modo rudis metalli possessio fuisset. Quis ergo non videt, quod in hac tantum relatione, pura auri, argenti, aeris nondum percussi pretio erga pecuniam hodie sumtuum in rem monetariam consumitorum (quos appellitare solent *Schlag-schazar b)*, et lucri ratio habeatur? Quod vero relationem pecuniae ad pecuniam spectat; iisdem rationibus ducti contendimus, nummos maiores a minoribus in ordine ad proportionem pretii externi tam parum discerni debere, quam parum id in valore interno suadendum est.

CAPVT QVARTVM.

DE RERV M PRETIO LEGALI.

§. XXVII.

T R A N S I T V S.

Quum vero Cap. I. *pretium in uniuersum data excusserimus opera*; in secundo autem enodatius *legale pretium in specie explicauerimus*, simulque *quaestioni, quibusnam id decernere incumbat*, et in *quibus rebus illud ordinarie locum habeat, immorati simus*; in tertio tandem sermo nobis fuerit de *pecunia*, quippe quae praec omnibus rerum speciebus *legale pretium admittere videtur*: iam ad *caeteras rerum species*, et ex his ad *eas imprimis, quibus non minus ac nummis aestimatio legibus imponenda est*, ut accedamus, e re erit. In doctrina vero de *nummorum pretio legali* nos non minus adfirmasse, quod sc. *quartum pecuniae pretium in relatione pecuniae ad res conficitur*

H 2

sunt Ill. Dom. de IVSTI ille tivs I. c. C. II. §. 7. III. AYRER  
ANON. in Anmerkungen der in cit. pr. §. XV. excell. SCHOTT  
entdeckten Vrsachen etc. in diff. de cura Principis circa  
b) Vid. IOH. PHIL. SLEVOG- pretium aeris signati §. XI.

sistat, ac obseruasse meminimus §. XIX., hanc *pretii species* potius *ipsarum rerum*, quam nummorum *preium* esse nominandum. Quam vero, vniuersum huius rei campum emetiri, paginae non permittant, et minutam saltim particulam proprius intueri animus sit: nihil sane amplius exspectabis, ac enumerationem rerum, quas sub regulis §. X. adductis comprehendendi, quarumque *preium* legibus decernendum esse, opinamur.

## §. XXVIII.

QVAENAM RES AD REGVLAM SECUNDAM §. X. TRADITAM  
SPECTENT.

Quandoquidem regula secunda §. X. tradita illas *rerum species* sub cura politiae comprehendendi, *earumque pretium* auctoritate publica decernendum esse, tradidimus, quas eius indolis esse, constat, ut quiuis ciuium iis non nisi aegre in re publica carere queat: e re erit, rationes paulo curatius perpendere, quae nos mouent, ut id asseramus. Veram mortalium felicitatem in fruitione boni, malique absentia confiscente, tam certum est, quam quod certissimum. Demas vero rerum diuersarum apparatum, et vix dicere poteris, quemquam perfui felicitate. Quare non minimam felicitatis partem consequi videntur, qui res sibi quam maxime necessarias aut possident, aut non aegre comparare possunt: Hinc omnium vota eo tendunt, ut acquirant ea, quae pertinent non modo ad vitam conseruandam, ac proin ad euitandam mortem, et destructionem vnionis mentis et corporis, sed etiam ad ea obtainenda, sine quibus incundior vita esse nequit. Quare summae potestatis est, eo prospicere, ut ciuitas eiusce generis rebus abundet, floreatque. Quum enim, ut homines in societas et respublicas coalescent, efficit partim spes maioris securitatis communitatisque, partim hominis malitia, partim meditatio mentis obvia, te scilicet in imperantibus veneraturos esse tales

DE NVMMORVM ET RERV M PRETIO LEGALI. LXI

les personas, quae non secus ac patresfamilias subditorum salutem promoueant: illico deprehendes, opinor, rationem, qua adducti afferimus, magistratus politiam adornantes obstrictos teneri: 1) vt *res publica tanta rerum omnium copia abundet*, quanta ad omnium necessitates fabreuandas opus esse videtur, et quantam non raro et vel ipsa natura denegat, quandoque etiam genius incolarum rudis conquirere non finit; 2) vt fraudes et foenus improborum reprimat, eosque arceat a mercatura qui legibus posthabitis funum vendunt, vtque etiam non nisi ea rerum in commerciis pretia admitti iubeat, quae cuiusque facultatibus tam aptae esse intelliguntur, vt qui quis ea acquirere possit, quae cum vitae sua ratione conuenire videntur. At quum et vel hominum ipse status, vitae consuerudo, necessitas etiam discriminem non paruum producat: non abs re scriptores rei politicae vnanimi fere consensu res in ordine ad usum primae, secundae et tertiae necessitatis, sc. 1) in necessariis, 2) viiles, 3) voluptuarias diuiserunt a). Eo maiori vero attentione haec diuisio digna esse videtur: quo certius est, in *definiendo rerum pretio non parum interesse, num rem quandam necessariis?* Quum enim fieri nequeat, vt politia *quasvis res, iura, actiones*, quae in commercium veniunt, aestimare possit, ipsaeque insuper rationes pro commerciorum libertate pugnantes b) perhibeant: certi ponendi sunt limites, et primario politia de summe necessariis curare debet c). Et in eo posita est ratio, ob quam regulam secundam e modo protulimus, quo eam

H 3

con-

- a) Ill. L. B. de BIELEFELD  
l. c. Ch VIII. §. 17. verbis: *Voilà aussi, pour quoi elle distingue les besoins des hommes en première, seconde et troisième nécessité.*
- b) vid. Mr. de MELON *Essai politique sur le commerce* Ch. XX.
- vbi iustos libertatis commerciis impertinenda limites indicat.
- c) Ill. L. B. de BIELEFELD  
l. c. de IUSTI Staatsp. II. Th.  
I. Abth. §. 35. in not. Heumannus  
l. c. C. XX. §. CLXXXVIII.

LXII EXERCITATIO ACADEMICA

conspicis; licet caeterum non diffitear, et alias sub hac regula latere rationes politicas non condemnandas. Eum enim emotae mentis esse iudicaremus, qui contendere auferit, rem publicam posse florescere, etiam si in ea nec mercatores, nec opifices, nec alii ex ultima plebe homines operas seruitiaque mercede locantes inuenirentur. Etenim quo verius est iudicium Perill. de SECKENDORFF d), ita dicentis die Vorsorge gottesfürchtiger Regenten bestebet darinn, daß die Vnterthünen bey ihrer Nabrung vnd Ge- werbe das Auskommen vnd alle mögliche Beförderung haben, vnd ihre Anzahl sich eber mebre, als vermindere, weil auf der Menge wohlgemürrter Leute der grifste Schatz des Landes bestebet: eo maioribus immunitatibus mercatores, artifices, opifices alliciendi, et eo lautoribus priuilegiis invitandi sunt e), vt lares in vrbibus figant. Ob parvum vero suppellectilem, quae eiusce generis hominibus esse solet, vix commodam vitam viuerent, ni res ad vietum et amictum spectantes comparare possent pro leui ac moderato pretio. Accedit, vt, si summa rerum caritas inuadat ciuitatem, numerus ciuium non augeretur, potius emigrationibus suscipiendis minuetur ac proin opifica, illa praecipua commerciorum fulcrum, in dies singulos decrescerent, ac exteri deterrentur imperio et iurisdictioni talis ciuitatis se subiiciendi. Vbi enim maior rerum quarumvis abundantia adest, et vbi faciliori negotio eae acquiriri possunt: ibi et maior hominum confluere solet copia: et vbi maior hominum numerus, ibi 1) maior quoque ad sustinenda onera publica contribuentium numerus: 2) numerosior militum conquirendorum exercitus: 3) amplior eorum multitudo, qui industria, sudoribus, laboribus suis sibi aliisque prosunt: 4) ibi quoque perpetua aemulatio inter mechanicos, et 5) ibi etiam, vt paucis me expediam, denique felicior esse solet fabrica-

d) I.c. L. II. C. 13. §. I.  
e) Vid. IAC. ERVNEMANNI diff. de Increm. Vrb. Germ. Cap. II. §. 30.

## DE NVMMORVM ET RERVM PRETIO LEGALI. LXIII

rum, manufacturarum, commerciorum progressus f). Fallor, aut nec ea res publica, in qua personant quere-  
lae de rerum caritate, etiam si numinis ita fortasse abun-  
det, ut opibus suis quasuis alias gentes superaret, pre-  
reliquis tamen gentibus felicior, aut ditior dicenda est.  
Quum enim omnia, quae incolis sunt necessaria, pretio  
iusto cariori comparari debeant; magnae istae opes,  
idem sunt, quod in alia provincia longe leuior pecu-  
niae massa esse censetur, dum in hac quiuis ciuium, et  
quaelibet familia pro minore pecuniae summa tantum-  
dem praestare potest, ac in illa maiore nummorum co-  
pia haud praestabit g). Sicuti vero ea, quae omnibus  
in republica sunt summe necessaria, leuiore pretio con-  
stare volumus; ita e contrario quibus facilius ege-  
mus, et quae in ordinem rerum vel utilium, vel volu-  
ptuariarum redigimus, sine magno ciuium damno cariora  
esse poterunt, nec neceſſe est, ut legibus eorum pretia  
definiantur h). Quodsi enim pretia rerum, quae ad ne-  
cessitatem omnium spectant, aliquando determinata fuerint,  
aestimationem reliquarum rerum sponte sequi, experien-  
tia docemur. Non incongrue enim Perill. l. b. de BIE-  
LEFELD i) infit: *Le bon marché des objets de premiere  
nécessité regle le prix de la main-d'œuvre, et par consequent  
la charité ou le bon-marché de tout ce, qui est fait et fa-  
briqué dans une ville.*

### §. XXIX.

QVAENAM RES OMNIBVS SVMME NECESSARIAE, ET  
HINC PRAEPRIMIS PRETII LEGALIS CAPACES  
ESSE CENSEANTVR.

Ast in eo non conueniunt doctores, quaenam rerum  
species

f) de IUSTI l.c. I. Th. I.B. quod profert praelaud. Ill. l. b.  
II. Abth. I. Abschn. I. Hauptft. de BIELEFELD l.c.  
p. 160. et sequ.

g) Id confirmat effatum in-  
eluti istius Batavii, IACOBI CATZ,

et sequ.

h) Idem eod. l.

i) Idem l.c.

LXIV EXERCITATIO ACADEMICA

species de prima, vt ita me exprimam, *hominum necessitate esse*, et hinc *legali pretio taxandas censeri* debeant? Nam si daumuiros illos ad iuuandam iurisprudentiam natos, puta *de IUSTI* a), et *AYRERVM* b), aliosque de politia differentes audias; multo pauciores rerum species in eorum scriptis proferri conspicias, quas lege aestimandas esse putant, quam eae sunt, quarum *L. B. de BIELEFELD* c) mentionem iniecit. Ipsum vero huncce virum summum multa a legali taxatione partim eximere deprehendo, quae nihilo minus, vt ego quidem arbitror, legalem aestimationem desiderant; partim vero nec pauca legali determinationi submittere, quae, quod pace perlustris viri dixerim, determinationem talem effugere, et libero negotiatorum arbitrio relinqui debent. Ne ob sententiarum diuertia dilabamus in deuia: prius obseruationes quasdam de necessitate humana, eiusque gradibus praemittamus, quam ipsi circa specialiorem rerum *pretium legale* admittentium numerationem subsistamus. Dubio caret, necessitatē humanam non ex vna tantum alteraue parte, sed in toto suo complexu esse considerandam, certosque gradus in ea admittendos. Omnes enim homines non modo (a) edere et (b) bibere, sed etiam (c) vestiri, et (d) aedes bene instrūctas inhabitare volunt. In iis vero rebus, quae ad quatuor ista necessitatis humanae genera spectant, tanta intercedit diuersitas, vt eam multo facilius et vel stupidissimus quiuis comprehendat, quam a doctissimo describi possit. Omnes enim, ni fallit animus, rerum species, quascunque aut benigna natura, aut ars producere, vsuque humano adaptare poterit, ita sunt comparatae, vt quasdam omnibus alias vero huic vel illi hominum statui necessarias esse, in comperto sit. Si vero beatiorem vitae speciem respiciamus; videbis, mul-

a) l. c.

orn. Götting.

b) In diff. de S. R. I. Principe      c) l. c. Ch. VIII, a §. 17--41.  
*studia Ciuium circa Politiam ad-*

## DE NVMMORVM ET RERVM PRETIO LEGALI. LXV

ta quidem non ad extremam, attamen ad eam necessitatem pertinere, ut iis destituti physice atque sane quidem, non vero degamus beate, multo minus vitam conditioni conformeim, quam gentes, moratores saltim, quibus et socialis, et, si ita loqui fas est, delicatior viuendi ratio arridet, non alium felices agere iucundosque dies credant, ni ipsi et iis rebus perfrui contingat, quibus ideo decori absolu scimus. Vix vero aliiquid tam certum esse, concedent omnes, quam quod non solus panis forte, et aqua, hominum pabulum; aut terra domum nostram; coriumue forsitan vestem nostram constituat; sed multa alia pro cultiore viuendi ratione inter gentes moratores in primo gradu necessaria esse cooperunt. Hinc multo plura extant rerum genera, quas lege quadam aestimari ciuium felicitas iubet, quarumque pretium definiri ordinatione quadam solet.

### §. XXX.

SPECIALIOR RERVM SECUNDVM REGVLAM II.  
§. X. TRADITAM, PRETII LEGALIS CAPA-

#### CIVM RECENSIO.

Apud nos Germanos videlicet, gentesque nobis proxime adiacentes multis dubiis exppositum esse haud puto, quod res, quas de prima quorumuis hominum sub nostro sole degentium necessitate esse atque hinc nonnisi sub legali pretio venales extare debere censemus, eae sint, quae sequuntur:

I) *Ad Cibum* A) *bominum* spectant, 1) omnia frumentorum genera, 2) farina ex iis confecta, 3) panis, 4) sal coctile, 5) caro boum et ovium, 6) lac, 7) pisces viliores a). B) *Iumentorum* 1) auena, 2) 3) glandes b), 4) gramina.

#### II)

a) III. l. b. *de BIELEFELD* I. c. Cap. XX §. CLXXVIII.  
l. c. Ch. VIII. §. 18. 19. 20. 21. 22. b) Idem l. c. §. 37. miror Auct.  
23. 28. 30. 32. Cf. HEVMANNVS praeclar, opinari, his rebus legale

LXVI EXERCITATIO ACADEMICA

- II) *Ad potum hominum* 1) vinum prouinciale, 2) cereuisia, 3) liquores vulgariores ex vino, cereuisia vel frumentis adusti c).
- III) *Ad sanitatem hominum, nec non iumentorum* 1) varia herbarum, 2) oleorum, 3) aliorumque medicaminum genera d).
- IV) *Ad vestitum* 1) lana, 2) linum, 3) coria e).
- V) *Ad habitationes* A) hominum, B) pecorumque extruendas 1) arena, 2) terra, 3) lapides, 4) calx, 5) ligna aedificaria, 6) ferrum f).
- VI) *Ad apparatum domesticum* 1) blumbum et vitra fenestrorum, 2) ligna ad infocandum, 3) ligna ex quibus conficiuntur dolia, vasaa, tabulae, mensae sedes, et varia instrumenta, 4) stramen, 5) stannum, 6) materia luminum, oleum sc, aut grassum intestinum animalium g).
- VII) *Ad negotia domestica viliora* 1) seruitia famulorum et ancillarum domestica, 2) operaee mercenarium et opificum inferiorum h).

§:XXXI.

gale pretium non imponi posse, quum tamen id praxis contraria fatis demonstret, ceu patet v. g. ex diurnis Stuttgardiensibus aliisque.

c) §. 24. 25. 26. et 27.

d) In multis prouinciis extant peculiares ordinaciones, quae *Apotheker Tax Ordn.* inscribuntur.

e) Studio simpliciora modo materiae vestiariae genera recensui; namque vefses ipsae, quae ex his conficiuntur, p[ro]ae diuersitas.

te et multitudine specierum vix poterant legaliter taxari, Ill. de BIELEFELD eorum sub Cap. Politiae et rerum taxandum Capite plane oblitus est, quasi ea non aequo ac panis aliaeue res ad sustentationem ciuium in primo gradu sint necessaria.

f) Ill. L. B. de BIELEFELD l. c. §. 39.

g) Idem §. 38. et squ.

h) §. 35.

## DE NUMMORVM ET RERV M PRETIO LEGALI. LXVII

### §. XXXI.

RES SVB III. REGVLA §. X. COMPREHENSÆ PRE-  
TIVM LEGALE ADMITTENTES RECENSENTVR.

Tempus est, vt accedamus ad ea, quae sub tertia  
regula comprehendantur. Huc spectant certa quaedam ope-  
rarum iuriumque genera, quorum *mercede*, (quam heic  
recte ut *præmium* consideramus) non legali modo definita,  
commercia infinitis incommodis implicita relinqueremus;  
Id ipsum vero, quum mercatores iudicante *BODINO* a)  
et opifices sint in rei publicae corpore veluti epas, a quo  
veluti sanguinis fomite, cetera membra vegetantur, his-  
que alimenta suppeditantur, excitari quoquis modo debent;  
quippe commercia potius in dies singulos amplificari,  
eorumque flos promoueri debet. Ratione commercio-  
rum igitur decernendae sunt

A) Taxae Postarum b)

a) quoad litteras

b) compacturas

c) et personas:

B) Taxae vectorum, quorum varia hodie nomina,  
et negotia, der Land-Kutscher, Land-Fubrleute, vnd  
fahrenden Bothen c).

C) Taxae nuntiorum, tam equestrium quam pede-  
strium, der reitend vnd gebenden Land-Stadt-Gerichts  
vnd dergleichen ordinari Bothen d).

D) Taxae quorundam munerum, vt

a) Farcinatorum der Pack-Meister, Pack-Knech-  
te etc.

b) Mensorum, der Holz-Feld-Wein-Getraid-Müs-  
ser u. d. g.

c) Libratorum, der Wage-Meister vnd Wage-  
Knechte, bey den grossen Güter-Wagen.

d) Cu-

a) Cf. HEVMANN, I. c. C.      c) Idem l. c.

XIX. §. CLXVII.

d) Idem l. c.

b) Idem l. c.

LXVIII EXERCITATIO ACADEMICA

d) Custodum mercium in littore maris, et ripis lacuum et fluminum nauigabilium, der Vfer-Land-Gassen u. d. g. Hüter der aus und einzupackenden Waaren.

Munera ista in urbibus maioribus, vbi commercia florent, passim inueniuntur, et ab hisce mercedibus et taxis se alunt e).

E) Taxae nautarum,

a) de personis

b) Rebusue aqua transuehendis f).

F) Quoniam vero indoles commerciorum in quadam ciuitate florescentium raro ita est comparata, vt merces tantum euanchant ab incolis, quin exteri etiam prouinciam ingrediantur, hinc, vt et hoc commercii genus promqueatur, oportet, peregrinos omnibus artibus allicere, vt laeti prouinciam ingrediantur, et ibi morentur gaudio pecuniam intra fines prouinciae nostrae consumentes. Huic autem vix quidquam magis inseruit, quam

a) Si peregrinantibus, habitatio nec nimis cara in tabernis pateat.

b) et vario commodorum, deliciarumque generre pro iusto pretio frui occasio aperiatur.

Vtrumque vero frustra a cauponum stabulariorum, veterorum et famulorum conductitiorum aliarumque his filiium personarum aequitate expectare licet, vnde politiae collegia rem agunt et reipublicae et exteris nobiscum commercantibus longe gratissimam taxando mercedem

a) Habitationum, et stabulariorum (Zimmer und Stallgeld.)

b) Famulorumque tabernariorum mercedes, quas hospites praefare tenentur, das Trinkgeld für die Hauß und Stall-Knechte.

c) Pretia mensarum in tabernis ad excipiendos hospites quo-

e) Idem l. c.

f) Idem l. c.

## DE NVMMORVM ET RERV M PRETIO LEGALI. LXIX

quotidie paratarum, die Taxe der Mahrzeiten in den öffentlichen Traiteur-Häusern g).  
d) Vectorum } conductiorum, (der Lehn-Kutscher  
e) et Famulorum } vnd Lehn-Laguais.)

### §. XXXII.

RES AD QVARTVM REGVLAM §. X. SPECTANTES.

Quarti ordinis sunt illae res, quae adornandae rei iudicariae, et cameralis, et politiae causa omnino taxari, ratio boni publici suadet. Harum praecipuae sunt sequentes:

1) Iura principis, camerae, aerarii publici, fisci apud varios tam voluntariae, quam contentiosae iurisdictionis actus a).

2) Opera et quidem, quae suggillatim et extra ordinem non annuis vel menstruis salariis remunerari solent b),  
a) Collegiorum, b) Magistratum, c) Cleri raoe functionum et iurium stollae, iudicum, praefectorum, praetorum, scabinorum, et huiusmodi officialium, d) Aduocatorum et procuratorum, e) Actuariorum, secretariorum, cancellistarum, Scribarum, f) famulorum publicorum quales sunt e. g. aparitores, lictores, politiae obseruatores c).

3) Res, quibus onera publica imponuntur; de quibus tamen animaduertas velim, quod illarum pretia non eum in finem, taxanda sint, vt tale pretium, in emendo vendendoque inter priuatos quoque obseruaretur : sed

g) Vid. Ord. pol. Sax. tit. 12. §. 1.

h) Vid. Codex Austriacus studio FRANC. ANTON. DE QVARENT editus Vindobonae 1704.

p. 147. Cf. insuper HEVMANNVS l. c. C. IV. §. XXIII. p. 24.

a) Idem l. c.

b) Idem l. c.

c) Vix erit aliqua inter gentes moratores respubl. quae huiusmodi Ordinationibus taxatoriis effet destituta, hinc non opus erit, exempla quaedam rei huius perquam notoriae in medium proferre.

LXX EXERCITATIO ACADEMICA

sed ut collegia et officia quae oneribus publicis decernendis praesunt, certam legalemque habeant normam, cuius proportionem in imponendis oneribus publicis sequuntur. Res huc referentes eae sunt, quae haeic recensentur: a) Praedia \* tam urbana \*\* quam rustica, quae raoe steturarum taxari debent. b) Iura varia, quibus publica imponi solent onera v. g. ius indigenatus, ciuitatis, tribus, magisterii, monopolia, propria, et varia commercii genera ut ius emporii, ius stipulae, negotium cambiale etc. c) Merces, quarum onera publica v. g. licenta, vechtigalia, accisae etc. secundum illarum pretia, mensurantur et imponuntur d).

Ni tam paginae, quam limites nobis positi, temporis etiam angustia intercederet; dicemus, quid praeter ea, quae intuitu rerum hoc capite memoratarum in universum prolatas sunt, speciatim annotari deberet; dicemus quoque de iis circumstantiis, quas praeter eas, quas tetrigimus priori capite tam primo, quam secundo, et politia et camera principum attendere deberent. Dicemus tandem de aliis hic spectantibus, quae tam multa prostant,

*Quam multa in sylvis autumni frigore primo  
Lapsa cadunt folia.*

d) Consul, omnino IOH. FRID. II. Abth. III. Absch. LOHNEY-WERNHERI diff. de iure taxatio- SEN Aulico Politica L. III. C. 22. num Sect. II. nec non III. de IV. p. 320. STI Staatwirthsch. II. Th. I. B.

ILLVSTRI ATQVE AMPLISSIMO  
DOMINO  
FRIDERICO IOSEPHO  
HARTTMANNO  
CIRCVLI SVEVICI  
SVMMARVM RATIONALI INTEGERRIMO.  
PATRVELI AC PATRONO

OMNI QVA PAR EST, FIERIQVE POTEST, ANIMI  
PIETATE SVSPICIENDO

FRIIDERICIO JOSEPHO  
HARTMANNO

CIRCAEIT-SAEVACI

SUMMARIUM RATIONALM INTEGREBIMO

PATRÆLI AC PATRONO

EIRATATE SABATICINNO

OMNI QVA PVE EST, MIRIOAS TOTEST, ANNI

mercatum optimarum artium, venerit. Idque decebat ve-  
nientem ex disciplina ICTorum Tubingensium. Vidi eum  
singulari modestia et solertia praeditum, verae ubique lau-  
dis seclatorum, atque id maxime agentem, ut SVIS stu-  
diis eum maturitatis gustum daret, quem rerum olim pu-  
blice gerendarum usus poscit. Ad publicum edendum spe-  
cimen non meis precibus, sed TVA, COGNATE AETER-  
NVM COLENDE, auctoritate, TVOQUE iussu motus mibi  
exhibuit hanc, cuius primas lineas iam Tubingae delineau-  
it, elegantem tractationem, quae dubio procul quoad Cap.  
III. forma elegantiori prodiisset, modo ipsi ILL. HIRSCHII  
Münzarchiv librum hic alias obuium inspicere occasio non  
esset denegata. Auctoris nomen in frontispicio conspi-  
cum non est commentitium, quod vitium tempora alunt.  
Gratulor igitur TIBI, VIR ILLVSTRIS, de Cognato  
TVARVM, at quantarum! virtutum aemulo. Neque cae-  
terum, me quidem beneficia, quae larga manu in me con-  
tulisti, agnoscere, languere autem in gratia referenda, ve-  
lim existimes. Refero enim, VIR MAGNE, referamque  
dum viuam: at quibus rebus? iis, quibus TE contem-  
num fore scio, puta, memoria, amore, obseruantia, suspi-  
riis ad DEVVM pro TVA et TVORVM salute perenni. Va-  
le! nec desiste, et in posterum TVO fauori amplecti me,  
TVVM cognatum, quippe qui, TE absentem, sicuti praesen-  
tem omni cultu et obsequio nunquam non prosequi, promit-  
tit fide germana, i. e. fallere et dissimulare nescia. Scrib.  
Helmst. Ipf. kal. Febr. c1515CCLXIII.

VIRO

VIRO PRAENOBILISSIMO DOCTISSIMO  
SIGISMVNDO FRIDERICO HARTMANN

I. V. C.

S. P. D.

A. I. O. MENSCHING LVBECKENSIS

OPPONENS.

Non solum id singulari TIBI cessit honori, quod divi-  
gente Consultissimo et Celeberrimo FRICKIO in cathedram  
prodire, et hanc vulgarem scientiarum TVARVM appara-  
tum, elegantesque animi TVI dotes explicare portueris, ve-  
rum etiam ea TIBI contigit felicitas, ut per dissertationem  
TVAM doce elaboratam, nunc omnium TIBI conciliaveris  
favorem et gratiam, quam ob materiae dignitatem conci-  
liare facile TIBI poteras. Sed non est officii mei, ut dicam,  
quid alii de TE sentiant, sed mea erga TE observantia effla-  
gitat, ut TIBI declarem, quantus mibi sis, quantique TE  
aestimem; et si verum est, quod amicitia humanae sit vitae  
condimentum, si verum est, quod inter amicos quo magis  
alter alterum ingenii et animi dexteritate antecedat, eo ma-  
gis sit aestimandus, non possum, quin mibi gratuleret de TVO  
amore et de vera et non simulata TVA amicitia; Reddis  
bis diebus, VIR PRAENOBILISSIME, luculentum quod-  
dam amicitiae TVAE erga me testimonium, dum me con-  
stituisti inter illos qui ex officio erga TE dissentire debeant,  
quo quantum me TIBI devinxeris, re potius quam verbo-  
rum lenociniis declarare mens est. Hoc itaque, VIR PRAE-  
NOBILISSIME, persuasum TIBI habeas, me nunquam  
TVAE in me benevolentiae amoris et amicitiae obliturum  
esse, nihilque antiquius habiturum, quam eius memoriam  
sacram sanctamque conservare. Caeterum faxit Summum  
Numen ut salvis et incolumis per multorum annorum seriem  
vivas, Patriae inservies, spemque TVORVM superes. Vale.  
Helmstadii d. IV. Febr. MDCLXIII.

ONV (C) (C) (C)

ILLVSTRI ET AMPLISSIMO  
FRIDERICO IOSEPHO HARTTMANNO  
CIRCVLI SVEVICI QVAESTORI INTEGERRIMO  
COGNATO ET PATRONO AETERNVM  
COLEND O

S. P. D.

D. ALBERTVS PHILIPPVS FRICK.

*Praeclare ac sapienter a LAELIO apud CICERONEM  
dictum est ; hoc praefat amicitia propinquitati, quod ex  
propinquitate benevolentia tolli potest, amicitia autem  
non potest. Sublata enim benevolentia, amicitiae nomen  
tollitur, propinquitatis manet. Hoc quam verum sit, ii  
optime norunt, qui, etiam si vinculum necessitudinis eos-  
dem iungat, animorum tamen discordia impediuntur, quo  
minus se mutua amicitia et amore amplectantur. Atque  
iis nibil frequentius in ore est, quam cognitionis comme-  
moratio, iucundissima aliis, ipsis tristissima, secum vultu  
in terram dimisso aliosque adspicere non audente reputanti-  
bus studia intermissa, quibus quasi consanguinitati anima  
iungitur. Quare censeo ; ni in hoc a propinquis maxime  
euigiletur, ut voluntate propensa clareant, eos nomine illo*

K

plen-

*splendido indigne uti, praeprimis si nugis et calumniis clam  
saluti eorum infidiantur, quos alioquin cognates vocare  
non erubescunt. Quae vero meditatio efficit, vt, si in his  
nugigerulis, dicam? an maleferiatis frigidulum mentis  
affectionem remissumque cognoverim, bosee in viscera sua in-  
juriosos omnis familiaritatis incapaces et, furvis eos sem-  
per agentibus, infelices iudicem. His autem consentaneum  
et consequens hoc est, quod bene rati sunt veteres; amici-  
tiam ipsi propinquitati antecellere.*

**VIR ILLVSTRIS**, nullus dubito, quin LAELII opti-  
mi sententiam approbes, quum tot euidentibus documentis  
et aliis et mibi et huius dissertationis AVCTORI DOCTIS-  
MO declarasti, qua virtute nitatur TVA coniunctio. *Vt*  
enim non dicam, quod ab eo tempore, quo post obitum pa-  
rentum optimorum me nondum quatuor annos elapsum re-  
cepisti in TVAM domum, tam multa TIBI accepta refe-  
ram beneficia, vt mibi gratuler, si quando ansam nancisci  
contingat, eorum insigniora in vulgus edendi, non nescius,  
singula enumerare, chartae temporisque angustiam vix per-  
mittere: *Id* saltim iam laudo, quod tam egregie pro hu-  
iis diff. AVCTORIS salute excubes, vt, si a DEO, sum-  
mo verum suorum moderatore discesserit, neminem habeat,  
quem TE sui studiosorem praedicet. Nec in indignum  
TVA, **VIR ILLVSTRIS**, beneficia conferri credas velim.  
Quae enim in iuuentute commune animi boni, et vegetis in-  
genii signum celebratur, recta rerum agendarum inquisitio,  
ea in TWO COGNATO, huius dissertationis AVCTORE,  
emicuit, statim ex quo in hanc academiam, tanquam ad  
merca-

VIR ILLVSTRIS ET AMPLISSIME  
AGNATE OMNI HONORIS CVLTV  
PROSEQVENDE!

3

**A**ntiquissima iamiam obtinet inter literarum cultores con-  
suetudo, ut scientiarum primitias iis dicare soleant  
promotoribus, quibus literarum, quos pro viribus facere  
licuit, progressus quam plurimum debent. Quid mirum  
igitur, quod et ego filiali plenus pietate et reverentia VIR IL-  
LVSTRIS! hasce pagellas, quas TVO iussu, TVA aucto-  
ritate, TVIS monitis instigatus conscripsi, TIBI sacras  
offeram atque dedicatas; TIBI, qui praematuram mortem  
quondam obeuntis patris eheu? desideratissimi vices egregie  
justines; TIBI, qui, impatiens dum rogarem, desideriis  
meis in quauis re praeuenisti; TIBI, qui me in TVAM  
tutelam receptum tantis ornavisti beneficiis, ut, si nume-  
rum eorum inire, nedum magnitudinem, multitudinem  
que praedicare animus meus gestiret, non dies me modo, sed  
et ipsae deficerent ingenii vires. Accipe igitur EVERGETA  
PIE DEVENERANDE! fronte serena hancce exiguae dis-  
serta-

seritationem, quam conspectui TVO tradere venerabundus  
audio, non qui officiorum meorum erga TE partem exsol-  
latum iri credo, sed ut publicum, quod diu iam sum medi-  
tatus, pietatis meae extaret monumentum. Accipe vota,  
quae pro tua PATRVELIS INDVLGENTISSIME! sa-  
lute ad supremum Numen mitto. Seruet TE DEVS T. O.  
M., et viribus TVIS nouum quotidie addat vigorem, ut,  
quod ornas, muneri grauissimo, in seros usque annos praec-  
esse queas. Dispulsis omnibus, quae TIBI nocitura esse  
videantur, quois prosperitatis genere perfrui TE iubeat,  
seruet TE, et cum benigna CONIVGE TVA ac NEPOTE  
seris temporibus, salutem praefest et incolorem, mibi  
vero, quibus gratissimum erga TE animum testare possim,  
largissimas det occasiones. Vale, PATRONE OPTIME!  
nec, cui et imposterum faveas, indignum habe

TANTI NOMINIS

ESTRICTISSIMUM CVLTOREM

SIG. CHRISTOPH. HARTTMANN.

**ULB Halle**  
003 742 423

3



f

TA → OL

nur 1+3 Stück verknüpft





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

EXERCITATIONEM ACADEMICAM

DE

# NVMMORVM ET RERVM PRETIO LEGALI

AVCTORITATE

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

PRAESIDIO

## D. ALBERTI PHILIPPI FRICKII

IVR. PROFESS. PVBL. EXTRAORD. COLLEGII ICTORVM

ADSESS. ORDIN.

COGNATI PERQVAM COLENDI

PUBLICO ERVDITORVM EXAMINI

SUBMITTIT

A V C T O R

## SIGISMVNDS. CHRISTOPH. HARTTMANN

IVVAVIENSIS. IVR. CAND.

AD DIEM VII. FEBR. cIcIcCCLXIII. H. L. Q. C.

HELMSTADII

STANNO DRIMBORNIANO.